c ¶ Appellatum. ab ipsa. Quid si lata tali interlocutoria iudex statim vult ꝓcedere in causa: petit pars ꝯtra quā lata est interlocutoria nō procedi infra. x. dies: ut deliberet an ab ipsa interlocutoria appellare velit necne: queritur an sit audiēda? Et vr̄ ꝙ sic. qꝛ beneficiū iuris. ⁊c. xxv. iii. di. de his. j. de re. iur. indultū. cū suis ꝯcor. ad hoc optime facit. ii. q. vi. anteriorum. ubi dicit ꝙ. x. dies dant ad appellandum: vt liceat infra ipsum spacium plenissime delib erare an appellandū ei sit uel gescēdum: sed iste litigando ⁊ procedendo sup principali sic plenissime deliberare non pōt. So. dico ꝙ non est audiēda: ⁊ hoc no. guil. in spe. ti. de ap. §. restat videre. in fi. ⁊ ē eius rō: qꝛ quo ad iudicē nō trāsit in rē iudicatā snīa ⁊ ideo cū possit eam reuocare nō omittat ꝓcessum et in hoc dicit in ꝑuata sua examinatione oēs rectores boñ. concordasse: ⁊ vide euidentē rōnē: si ꝯtrium diceres nunquā eēt litium finis: in qualibet eni interlocutoria: termini assignatione: ut iudicis actu diceret pars gescatis per. x. dies ut deliberē an velim appellare: quod esset absurdum.
d ¶ Interiectā. intelligo etiam si. j. x. dies a die ipsius interlocutorie a diffinitiua fuerit appellatū propter rationes quas dixi supra in glo. hoc dicit in principio. Jo. an.
e ¶ Reuocari. iudex ḡ in quem ex appellationis virtute principale negocium transit: de his que principale nō impediūt intromittere se non debet.

super eo profertur: qđ non parat[a] preiudicium negocio principali: vel[b] iudicium nullum reddit: nisi fuerit apellatum[c] ab ipsa per appellationem a diffinitiua postea interiectam[d] grauamen illatum nequaquam poterit reuocari[e].

¶ Incipit tertius liber.

Rica. De vita ⁊ hōestate clericoꝝ.

Bonifacius octauus.

¶ Clericus ioculator anno vl' tertio monitus non desistēs ipso iure perdit priuilegiū clericale. Jo. an.

Clerici q clericalis ordinis dignitati[f] non modicum detrahētes se ioculatores[g] seu goliardos[h] faciūt: aut bufōes[i]: si per annum[k] artem illam ignominiosam[l] exercuerint ipso iure: si aūt tpe breuiori[m] ⁊ tertio moniti[n] nō resipuerint: careāt[o] omni[p] priuilegio clericali.

Rubrica De clericis coniugatis.

Bonifacius octauus.

¶ Si clericus ꝯiugatus ferat habitum ⁊ tonsuram clericali priuilegio gaudet: alias non. Jo an.

Clerici qui cum vnicis[q] ⁊ virginibus[r] cōtraxerūt[s] si tonsurā ⁊ vestes[t] deferant clericales: priuilegium retineant canonis[u] ab Innocē. papa. ij. predecessore nr̄o editi in fauorem totius ordinis clericalis[x]. ¶ Et cū iuxta parisiēse cōciliū[y] nullus clericus distringi aut cōdēnari debeat a iudice seculari: p̄senti declaramus[z] edicto hmōi clericos cōiugatos[&] ꝓ cōmissis ab eis excessibus vel delictis trahi nō posse criminal'r aut ciuiliter ad iudiciū seculare: nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere personaliter vl' etiā pecuniariter: ne ꝑ vnā viā ꝓcedat eisdē iudicibus: qđ per aliā denegat[?] vllatenus cōdēnari. ¶ In ceteris[x] aūt vel nisi vt ꝑmittit tonsurā vel vestes deferāt clericales: etiā in ꝑmissis[a] eos gaudere nolumus ꝑuilegio clericali[b].

Rubrica. De clericis non residētibus in ecclesia vel prebenda.

Bonifacius octauus.

¶ Distributiones quotidiane solum presentibus qui intersint diuinis dari debent. consuetudine non obstante. Et qui aliter illas receperunt non faciunt illas suas: et idem de distributionibus que dātur pro anniuersarijs defunctoꝝ.

Joannes andreas.

Consuetudinem que in quibusdam partibus inoleuit:

Et emanauit ad declarationem eorum que no. xxiii. di. clerici. in. i. Glo. ⁊ eo. ti. Joannes. Jo. an.
q ¶ Unicis. qꝛ si bigami essent omni ꝑuilegio clericali exuti essent nec possunt etiam portare tonsuram. s. c. li. de biga. altercationis.
r ¶ Uirginibus. secus si cū corruptis uel viduis ꝯtraxissent: ⁊ eas cognouissent: ut. xxxiiii. di. valentino. ⁊ rationem quare virginitas in mulieribus requiratur quo ad hoc potius ꝙ in uiro q̄re de bigamis. debitum. in Glo. pe.
¶ Contraxerunt. no. pro opinione hu. ⁊ hosti. ꝙ mulier debeat esse despōsata in virginitate: vnde si primo deflorauit qs mulierem ⁊ postea cū illa ꝯtrx: nō videtur ꝙ promoueri possit ad hoc. xxx. q. v. q̄lis ubi de hoc. ⁊. xxxii. dist. nemo. Preterea carnis cōmixtio ꝯformitatem designat humane diuineqꝫ nature: que per incarnationis mysterium fuit in vtero virginali ꝑfecta: ꝯ ḡ ꝙ ꝯsummatio que illud designat fuerit facta in vtero virginali: ꝙ si aū illā corrupit eē nō pōt: ⁊ benefacit ad hoc. xxxiii. di. maritum. Sed ꝯtrium credo ꝓm tanc. ⁊ Gof. q hoc no. in summa huius ti. de Biga. §. Item quid si quis. lꝫ Ber. ꝯtrium no. de cle. ꝯiuga. sane. ⁊ bar. brix. in qōne dominicali que incipit: qs cognouit virginem. et ber. s. de biga. debitum. in Glo. ulti. tū qꝛ nō diuisit carnē suam in plures: ut ibi: tum quia sequens matrimonium fingatur precessisse: ut. s. q fi. sint legitimi. tanta. Jo. an.

Clerici. ¶ Duo membra distinguit. Secundū mēbrum ibi: si autem. Do. Et emanauit ad declarationē ⁊ approbationē eorum que de quadam equitate dicebat Hostiē. s. de sen. ex. ꝑpendimus. in summa. e. ti. §. quis possit. ver. quid. ⁊ dicebat bonum esse si papa hoc determinaret ⁊ tpa limitaret.
f ¶ Dignitati. no. ꝙ clericatus est dignitas: ad idem. iiii. dist. deniqꝫ. ubi de hoc ⁊ de cle. non resi. c. iii. Si ergo detrahūt dignitati merito priuilegium perdere debent quod nō persone sed dignitati cōfertur: ut. s. de fo. cōpe. si diligenti. ⁊ de sen. excō. contingit.
g ¶ Joculatores. quasi ioci latores in publicum. s. eo. ti. cum decorem. faciunt enim spectaculum ꝓprii corporis: ad hoc. ff. de his q no. infa. l. ii. §. fi. in occulto tū uel ifirmitatis uel alterius honeste rei cā: aliqd ioci facere nō reprobat: ⁊ facit qđ no. io. de citharistis ⁊ his q variis vtunt instrumentis. lxxxvi. di. donare. in. i. gl.
h ¶ Goliardos. vulgare gallicoꝝ. Jo. an.
i ¶ Bufones. vulgare tuscorum. Jo. an.
k ¶ Annum. ad hoc. j. de here. cum ꝯtumacia. s. de regula. statuimus. in aut. de sanc. epis. §. interdicimus. col. ix. ⁊ hoc est ius nouum: cum alias nisi monitione trina premissa fuerint incorrigibiles inuenti: non perdant priuilegium clericale: ut. s. de sen. excō. in audientia. ⁊. c. contingit. ii.
l ¶ Ignominiosam. ff. de his qui no. infa. l. ii. §. ignominiose. ⁊. §. fi. cum ergo talibus ignominiosis artibus clerici intendere nō debeant: ⁊ minus ioculatoribus ⁊ histrionibus. s. eo. clerici. i. rñso. multo minus ea exercere debent: ad hoc xliiii. di. nō liceat. ubi dicit ꝙ nō licet clerico tabernā ingredi: multo minus tenere: vtilitas ḡ vite tales nō patitur ꝑuilegio gaudere. C. de adul. que adulterium. in fi. s. de aposta. c. i. xlvi. di. clericum scurilem. ne cle. uel mo. c. ii.
m ¶ Breuiori. no. infra annum dici breue tempus: post annū longū uel uetus. ad hoc. xxxv. q. viii. c. i. ubi de hoc: ⁊. s. de ver. si. quid per nouale.
n ¶ Moniti. hoc de veteri iure. Sed per quem monebuntur? Dic ꝙ per suum prelatum uel iudicem: ut. s. de sen. excō. in audiētia. ibi: si a prelatis suis ⁊c. ⁊. c. contingit. ii. ibi: si a te tertio.
o ¶ Careant. repete ipso iure.
p ¶ Omni. hoc dicit qꝛ multiplex est clericorum priuilegium: quod dic ut dixi. s. de biga. altercationis. ubi est idem verbum.

Clerici. ¶ Prima pars reseruat clericis ꝯiugatis duo priuilegia cum certa moderatione. scꝫ ibi. Et cum. Tertia ibi: in ceteris reliqua tollit. Et etiam predicta duo si moderatio non seruetur. Do. Et fuit tracta de fine cuiusdam extrauagantis que incipiebat ad quorūdam.

t ¶ Uestes. xxi. q. iiii. omnis iactantia. ⁊ p totā q̄dem: ⁊. s. de vi. ⁊ hone. cleri. clerici.
u ¶ Canonis. xvii. q. iiii. si quis suadente.
x ¶ Clericalis. huic ḡ fauori clericus renunciare nō potest: de sen. excom. contingit. j. de fo. cōpe. si diligenti. Sed nunquid talis clericus si habebat rescriptum ad vacaturam antequā ꝯheret: mortua tali vxore si postea vacat illa prebenda: potest illam petere. Terminauit Bar. brixi. in principio questionum suarum questione que incipit: quidā impetrauit. ꝙ non: qꝛ contrahendo matrimonium renunciauit per ipsum fcm: ⁊ animum deposuit: ⁊ hoc est verum. Nam tunc etiam perdidisset ius in re: multo fortius ergo ad rem: ꝓm ea que no. s. e. c. i. ad hoc. j. de concess. prebē. c. vlti. Item ꝯhendo voluit perpetuo adherere vxori. xxxii. q. ii. lolet. s. de condi. appo. c. vlt. ⁊ eligendo alterum de contrariis alteri renunciauit. s. eo. li. de postu. c. vno. de elec. ut quis duas. ad hoc. j. eo. c. ubi dicit in ceteris. ⁊c.
y ¶ Conciliū. s. de fo. cōpe. c. ii. qđ habet pro palea. xi. q. i. c. ii. Jo. an.
z ¶ Declaramus. ex hoc ⁊ superioribus no. approbatā opinionem Jo. no. xxiii. di. clerici. ⁊ reprobatā opinionē bar. brixi. ibi no. qui dicebat ꝙ clericus ꝯiugatus in nullo poterat priuilegio gaudere ꝙtūcūqꝫ habitu ⁊ tōsura incederet. quomō ergo rñdebitur ad decre. s. eo. Jo. triplex ē solutio. prima est ꝙ ex sola delatione tonsure sine habitu nō retinet priuilegium: uel ibi cum vidua uel corrupta contraxerat uel aliam vxorem habuerat: uel qꝛ hoc est diuinare. dic tertio ⁊ verius ꝙ de alio priuilegio loquitur: ⁊ sic concordat: ut. j. eo. §. in ceteris autem.
& ¶ Coniugatos. deferentes tonsuram uel habitum: ut. j. dicitur.
? ¶ Denegat. j. ō re. iu. cū qd vna: cū suis ꝯcor. ibi uide de hoc. Jo. an.
x ¶ Ceteris. ut in priuilegio quod habent ne vexentur exactionibus uel collectis. C. de epi. ⁊ cle. l. ii. s. de ui. ⁊ bone. cleri. c. vlti. Jo. an.
a ¶ Premissis. priuilegio scilicet canonis Inno. ⁊ priuilegio cōcilii parisiensis. Jo. an.
b ¶ Clericali. ⁊ sic intelligatur decre. s. e. Joan. an.

Consuetudinē. ¶ Primo recitat ꝯsuetudinē quā reprobat. Secūdo statuit ibi: statuimus. Tertio penā apponit a q̄ duos casus excipit ibi: qui vero. Do. Et probatur huius decre. dictum. in fi. per. decre. s. de preben. licet. Jo. an.

a ¶ Distributiones. s. de preben. lꝫ.
b ¶ Manualia. vt. s. de verbo. signi. olim.
c ¶ Uictualia. s. eo. decetero.
d ¶ Presentes. qd enim prodest presentia in loco ex quo diuinis nō adsunt propter que sunt beneficia cōstituta.
e ¶ Improbantes. lꝫ igit de cōsuetudine corpus prebēde deberi possit absentibus: qui diuinis non intersunt. s. de cōsti. cum oēs: secus in distributionibus quotidianis: vt h.
f ¶ Ipsarum. cathedraliū vel collegiatarum.
g ¶ Affuerint. no. ꝙ si quis ipetrat ꝙ in absentia percipiat prouentus suos ac si p̄ns eēt: dispēsatio hec facit eū reputari pro presente: sed nō ꝓ itereſſente diuinis officiis: sed si p̄sens esset ⁊ officiis nō itereſſet: has distributiones nō perciperet: ut hic: ergo nec dispēsatiōis vigore pciperet sed si diceret in gra ꝙ reciperet ac si p̄ns esset: ⁊ diuinis officiis interesset: tūc secus rōne predicta: sit igit ipetrans in hoc cautus: vt ꝓm hanc formam ipetret si pōt.
h ¶ Ordinationē: utputa ꝙ tm̄ detur ei qui interfuerit: in missa: ⁊ tantū ei q itererit in matutino ⁊ sic de singulis horis.
i ¶ Infirmitas: q̄ a celebratione diuinoꝝ excusat: vt. s. de p̄ben. significatū. al's clerici ad oēs horas tenent: qđ dic vt. s. de celebra. mis. c. i.
k ¶ Utilitas: hec duo solēt dispensationē inducere. s. de p̄bē. exposuisti. Et signat huic ꝯtra. s. eodē libro de elec. cū nō deceat. vbi illi qui ꝓsequunt vtilitatem ecclesie ⁊ distributiones nō percipiunt. Sol. canonici nō tenent eas talibus cōcedere vt ibi: tū si cōcesserint illi nō tenent ad restitutionē vt hic. Alii dicūt hoc loqui in presentibus: illud in absentibus: vt p̄ntes q ꝓsequunt utilitatem ecclesie distributiones percipiāt: absentes non vt ibi primum credo.
l ¶ Suas. de his ergo nō pōt fieri elemosyna: ꝙ dic ut no. xiiij. q. v. in sūma. ⁊. s. de deci. ex trāsmissa. Quid si illi quoꝝ lucro predicta cedebāt remittāt nunqd ē canonicus absolutus: satis vr̄ ꝙ sic. isti. de re. di. j. ꝑ traditionē. cū hic nō sit additum remissionem nō prodesse: vt. s. de rescrip. statutū. §. antepenul. ⁊. j. de censi. exigit in fi. Jo.
m ¶ Receperit. dicūt qdam ēt in preteritum: vt sic cōstitutio ista preterita comphendat: maxime cū videat ius antiquū. s. de preben. lꝫ. Sed ꝯtrium credo: tū ex eo ꝙ supra dixit statuimus: tū ex eo ꝙ dicit h ꝯ hāc nr̄am ꝯstōnem ⁊c. Sed q ante hanc ꝯstōnem recepit: ꝯ hanc ꝯstōnem non recepit: qꝛ pena legis ex tempore legis. xxxij. q. iiij. dixit sara. preterea lꝫ statutum esset has distributiones solum his qui diuinis itersunt officiis dari: nō tamen erat expresse statutum cōsuetudinem ꝯtriam nō valere. item nec pena addita: qđ facit cōstitutio hec: sed qd dices de ecclesiis que non habent aliquo modo distinctas prebēdas: sed tm̄ singulis diebus dant cuilibet pro victu tot libre panis: tot mēsure vini: ⁊ sic de singulis. Credo ꝙ de illis nō loquat decre. cū ille potius sint ꝑbende ꝙ̄ distributiōes: alias esset canonica siue prebēda in talibus ecclesiis: qđ esse nō dꝫ. i. q. iij. si qs. s. de prebē. relatū: ⁊ hoc optime ꝓbat iudicio meo decreta. de verbo. si. olim. certum. n. est ꝙ quotidiane distributiones nō dantur absentibus etiā in theologia studentibus: vel priuilegiatis: vt in predicta decre. licet. ⁊ tamen in talibus ecclesiis dant tales priuilegiatis absentibus: vt in predi. decre. olim. qui verus est decre. itellectus: alias nulla esset ibi decre. ratio nisi quia ita placuit pape: ⁊ ad hoc facit quod no. Ber. in predicta decre. lꝫ de preben. plus dico ꝙ in ecclesiis in qbus sunt distincte prebende. ⁊ postea ē mensa cōis grossa: ⁊ postea distributiones: solum in his distributionibus: ⁊ nō i illa mēsa grossa locū hēat hec decre. ⁊ ita fuit cōsultū in ecclesia bonon. ⁊ hoc sonat uerbū quotidiane. ⁊. s. dū dixit que tātū residentibus ⁊c. Sed quid dices ordinatio ē in ecclesia qui vadit ad talē horā tātū hēbit ⁊c. vadit canonicus ad horā ꝑncipaliter ꝓ denario: nunqd simoniam cōmittit: videtur ꝙ sic. ar. de simo. suam nobis. ⁊. c. sicut pro certo. Cōtra. s. de p̄ben. significatum. So. dic ꝓm hosti. qui hoc no. de vbo. si. olim: ꝙ tales nō cōmittūt verā simoniā: cū nulla expressa pactio itercedat peccant tamen grauiter ⁊ mentalem simoniam cōmittūt ⁊ ꝑ penitētiam satisfaciunt. s. de simo. tua nos ⁊. c. vlti.
n ¶ Idem. s. ꝙ hi qui nō itersunt nil hēant: ⁊ cōsuetudo cōtraria nō valeat: ⁊ recipiētes sine iusta causa ad restitutionem teneantur.

qua canonici ⁊ alii bn̄ficiati seu clerici cathedralium ⁊ aliarū collegiatarū ecclesiarum distributiones[a] quotidianas: que alias manualia[b] beneficia seu victualia[c] nuncupantur ⁊ tm̄ residētibus tribuunt: qualitercūqꝫ in ciuitatibus seu aliis locis in qbus ipse consistūt eccl'ie sint p̄sentes[d]: licet diuinis officiis non itersint: ex integro participāt: ac si cōtinue ipsis ecclesiis in eisdē officiis deseruirēt penitus iprobātes[e] statuimus: ut distributiones ipse quotidiane i quibuscūqꝫ rebus cōsistāt: canonicis ac aliis beneficiatis ⁊ clericis ecclesiarū ipsarū[f] qui eisdem officiis i ipsis ecclesiis affuerint[g]: tribuant iuxta ecclesie cuiuslibet ordinationē[h] rōnabilē iam factam seu ēt faciēdā. ¶ Qui vero aliter de distributionibus ipsis quicquā receperit: exceptis illis quos infirmitas[i] seu iusta ⁊ rōnabilis corporalis necessitas: aut euidens ecclesie utilitas[k] excusaret: rerū sic receptarū dominiū nō acquirat: nec faciat eas suas[l]: imo ad oium restitutionē: que cōtra huiusmodi nostrā cōstitutionē receperit[m] teneat.

De distributionibus ēt pro defunctorū anniuersariis largiēdis idē[n] decernimus obseruandum.

Rica De prebendis ⁊ dignitatibus.

Le. tertius.

¶ Ad presentationē religiosorū etiā exēptorum nō debēt in ecclesiis ipsorum rectores institui: nisi ꝑmo tātū eisdē assignetur: vnde incumbentia onera subire possint ⁊ congrue sustentari: nec valet contraria consuetudo. Jo.

Uscepti regiminis nos cura sollicitat: ut vtilitatibus subiectorū in illis precipue per quas animarum[o] saluti consulitur: nunc nouorum editione iurium: nūc antiquorū innouatione[p] sollicite prouidere curemus. ¶ Sane fuit olim per se. ap. prouide cōstitutū: vt diocesani locoꝝ ad p̄sentationē religiosorum[q] nullū ad aliquā ecclesiā recipiāt: nisi tm̄ ei de prouētibus ipsius ecclesie corā eis fuerit assignatū[r]: vnde iura episcopalia possint soluere[s]: ⁊ congruā sustentationē habere. ¶ Uerū sicut nobis querela multoꝝ frequēs isinuat: religiosi exēpti[t] de ꝓuentibus parochialium ecclesiarū in quibus ius obtinent patronatus seu rectorū presētatio pertinet ad eosdē: tantū percipiunt annuatim ꝙ rectores ecclesiarū ipsarum nō possunt de residuo cōmode sustētari[u]: ⁊ episcopalia iura persoluere ac alia incūbētia eis onera[x] supportare: propter quod sepe cōtingit ꝙ non inueniūtur persone idonee que huiusmodi ecclesias uelit recipere. Sicqꝫ frequēter minus idoneis cōferuntur: ex quo periculum iminēt animarum[y]. ¶ Nos itaqꝫ volētes sup hoc salubre remediū adhibere: presenti decreto statuimus ⁊ mandamus: ꝯstitutiōem huiusmodi quo ad oēs patronos ecclesiarū religiosos tam exēptos q̄ non exēptos ⁊ alios[z] inuiolabiliter obseruari: cōsuetudine[&] cōtraria non obstante.

Idem.

¶ Ecclesiarum beneficia vacantia in curia alius q̄ papa conferre non potest: quod si fecerit irrita est collatio. Jo. an.

Licet ecclesiarū ꝑsonatuū dignitatum[?] aliorūqꝫ bn̄ficiorū ecclesiasticorū plenaria dispositio

Uscepti. ¶ Diuidit in quattuor partes. in ꝑma arēgat. in scd'a antiquā ꝯstōnem recitat. in tertia ipsius iuris transgressionem. in quarta ponit reuocationē ⁊ extensionē ipsius: ⁊ ꝯtriam cōsuetudinē dānat. secunda ibi sane. tertia ibi verū. quarta ibi nos itaqꝫ Jo. an.
o ¶ Animarum. s. e. li. de cōsti. c. ij. j. de sepul. c. i.
p ¶ Innouatiōe. nūc antiquorum declaratione. s. in proe. huius libri ad fi. exordij.
q ¶ Religiosorum. de monachis statutū fuerat. s. eodem de monachis. de aliis religiosis eadē rōne: idem dicebamus ꝑ decre. s. eo. auaricie. ⁊. c. i lateran.
r ¶ Assignatū. qđ ꝑ eos diuinū augeri vel diminui nō poterit: dicit arch. s. eo. auaricie: ⁊ hīt circa hec ꝓuidere diocesani ēt quo ad exemptos: ut i cle. de sup. neg. prela. quia regulares.
s ¶ Soluere. hospitalitatē tenere: ut predicta decre. de monachis. ⁊ dic ut ibi: ⁊. xxxi. q. i. capitulo primo.
t ¶ Exēpti. ecclesia tm̄ cū pupillo non erat ibi exēpta alias nō itromitteret se episcopus. s. de ꝑui. quoniā. ⁊ de sup. neg. prela. sicut. hodie secus vt in cle. eo. ti. qꝛ regulares.
u ¶ Sustētari. forte dimittebāt quartā quare. i. sextādecimā decimarum. s. e. ti. extirpāde. in ꝑn. nolebāt ꝙ eis generent podagre. de cōse. di. v. legimus quosdam notauerūt aūt tan. ⁊ gof. ⁊ ber. s. e. de monachis. ꝙ si monachi hāc portionem assignare nollēt: elapsis sex mensibus eps ordinaret eccl'iam. allegāt decre. de sup. neg. prela. sicut. hodie diocesanus ad hāc assignationē faciēdā statuet eis terminū ifra quē si nō fiat: ꝑsītatū admittet: ⁊ postea faciet hāc assignationē: in q̄ tardā i pluri ul minori nō dꝫ excedere: qđ dic ut i cle. de iure ꝑronatus: ut ꝯstitutio.
x ¶ Onera. hospitum receptionis: nuncioꝝ apo. sedis. ⁊ sil' a.
y ¶ Animarum. quarum regimen est ars artium. s. de eta. ⁊ qua. cum sit. est enim anima preciosior corpore. xi. q. i. precipimus.
z ¶ Alios. clericos intelligo: qꝛ laici nihil pcipiunt. s. de iurepa. preterea. ⁊ sic etiam intelligitur. s. eo. ti. extirpande. in prin.
& ¶ Consuetudine. cum. n. animabus sit periculose: ut. s. probatum est: ergo extirpāda. s. e. extirpande. de consuetu. c. ulti. ⁊ hoc ibi plene. Jo. an.

Licet. ¶ Facit tria: primo recitat antiquā consuetudinem. secūda ibi. nos itaqꝫ illam reprobat ⁊ inhibet. tertia ibi. nos enim decernit. Do.
? ¶ Dignitatum. quid de ꝑsonatibus: nunqd comprehendunt hac ꝯstōne: satis videtur ꝙ non: qꝛ ea que spāli nota sunt digna: nisi spāliter notentur neglecta itelligunt. ff. de inuit. item apud. §. hoc dictum. j. eo. ti. quāuis. j. de sen. ex. qꝛ periculosum cū si. ⁊ facit. s. de pen. c. ult. ⁊ qđ ibi dixi. s. de fi. p̄sby. c. i. est enim nō dignitas sed dignitatum culmen. s. e. uenerabilis. ⁊. c. cum olim. ⁊ hoc fuat

Universidad de Deusto Biblioteca

curia que reseruationis in his cum vacāt facere cōsueuit qđ et iterdum in abbatijs facit: ꝛ sic ꝑ istā ꝯprehendātur solum ꝓuisa ꝑ cōci. laterañ. non per generale .§. de elec. ne pro defectu ad hoc. §. de conces. preben. dilectus.
a ¶ Pertinere. xxiij. di. oēs. ꝛ vide qđ dixi. §. eodem li. de elec. ꝗ. Jo. an.
b ¶ Vacaturis. qđ alius non pōt: ut. §. de conces. preben. c. ij. etiam legatus de latere pape: ut supra eodem ti. filius. ꝛ.
c ¶ Apud sedem. que dicātur apud sedem ipsam vacare dicetur. ꝭ. eodem presenti.
d ¶ Cōsuetudo. patet ex factis: supra de accu. accedens.
e ¶ Statuimus. sit ergo de speciali cōsuetudine ius cōe si. §. de clāde. despon. cum ĩhibitio. ꝛ est si. de fideiuss. ꝙ qbusdam. de priui. ꝙ nōnullis allegatur tamen ro. ec. consuetudo ꝓ iure. §. de consti. ex lrīs.
f ¶ Sedem ipsam. non vacantem alias parochiales eccl'ie cōferuntur per illos ad quos collatio pertinet: quod dic vt. ꝭ. c. si apostolica.
g ¶ Vacare. an beneficium dicatur in curia vacare: cum duobus ibi super eo sibi collato litigantibꝰ alter moritꝛ: vel uterqꝫ: dic ut in cle. ut li. pēden. si duobus.
h ¶ Collatio. nil dixit de p̄sentatione: unde sepius reperitꝛ receptum in curia: papam ꝑ hoc non conferre beneficia que pertinent ad presentationem laicorum. Sed eadem rōne non cōferret que ꝑtinent ad presentationem ecclesiarum vel monasteriorum: uel monachorum. §. .c. proxi. pro hac parte facit. ꝭ. eo. ti. cum in illis. §. cum autē. ad hoc. §. de iurepa. cum dilectus: sed per lrām que supra dicit quacūqꝫ auctoritate: ꝛ per id qđ dicit prouiso. satis videntur comprehēdi predicta.
i ¶ Expressa. nota vnū casum in quo uacat p̄bēda in ecclesia: ꝛ ille ad quē spectat prima uacatura: nō ꝯsequtur illam: aliuꝫ habes. ꝭ. đ rer. ꝑmuta. c. vno.
k ¶ Conferre. ĩfra mēsem a die uacationis numerādū: qꝛ post illum possunt eo cōferre. quod dic: ut. ꝭ. c. proxi.

titulo idēnitatibus in fine.
q ¶ Per seipsos: habebāt episcopi ante ꝯstitutionem clemētis procuratores in curia: qui statim cum vacabāt beneficia cōferebant illa: ꝛ sic preueniebāt papam: unde motus clemēs promulgauit cōstitutionem. §. c. proxi. demū Gregorius qꝛ multum preiudicialis erat cōstitutio illa in concil. lug. moderatꝰ est eam. Sed ne adhuc exercerent illas malicias .s. ꝙ haberent procuratorem in curia q statim mēse elapso illa conferret: iccirco hoc addidit papa enim ēt post mensem posset cōferre: si vellet dummodo p̄ceuētꝰ nō esset. §. c. pri. in ꝑn. Sed lrā ista dicit per se ipsos. nūquid si presentes sūt per alios cōferre poterūt? Dic ꝙ ꝑ alios conferre nō poterunt nisi in casu qui sequitꝛ potuit eniꝫ papa rei sue cōditionē ꝛ modum apponere: ꝛ legeꝫ quā voluit xviij. q. ij. eleutheriꝰ. ff. de pac. traditiōibus de condi. ap. verum.
r ¶ Remotis. sic. §. de tēpo. ordi. cuꝫ nullꝰ. §. episcopo. ꝛ dixerūt qdaꝫ per hāc lrām ꝙ quis extra suam dioce. existens beneficia cōferre nō poterat: sed hoc est falsum: lꝫ in hoc casu posset cōcedi: ꝛ ꝓbabatꝛ hoc olim supra de concessione prebē. post electionem in parte decisa. ꝛ hoc no. Joā. ꝛ ber. §. de offꝰ. lega. c. nouit.
s ¶ Id canonice: dicebāt olim qdam id. s. vicaria: nam eo ipso ꝙ vicariꝰ generalis erat: beneficia cōferre poterat: sed hoc est falsum: ut. §. de of. vica. cum in generali. In taliū ergo collatione per ordinariū facienda: requiritꝛ ꝙ mensis elapsus sit: ꝙ ꝑ seipsos cōferāt: si ꝑntes sint uel ꝙ ꝑ generales uicarios non spāles: ꝛ ꝙ habeat spāle mādatū beneficia ꝯferendi. ꝛ sic expone id. s. beneficia ꝯferre.

ad romanū noscatur pōtificem ꝑtinere[a]: ita ꝙ non solum ipsa cū uacant: potest de iure cōferre: verū etiam ius in ipsis tribuere vacaturis[b]: collationem tamen ecclesiarū ꝑsonaruꝫ dignitatum ꝛ beneficiorum apud[c] sedem apo. vacātium specialius ceteris antiqua consuetudo[d] romanis pontificibus reseruauit. ¶ Nos itaqꝫ laudabilē reputātes huiusmodi cōsuetudinē. ꝛ eā auctoritate apo. approbātes: ac nihilominus volētes ip̄am inuiolabiliter obseruari: eadē auctoritate statuimus[e]: ut ecclesias dignitates ꝑsonatus ꝛ beneficia que apud sedē[f] ipsam deinceps vacare[g] cōtigerit: aliqs preter romanū pōtificem quacūqꝫ super hoc sit auctoritate munitꝰ: siue iure ordinarie potestatis ipsoruꝫ electio prouisio seu collatio[h] ad eum pertineat: siue litteras super aliquoruꝫ ꝓuisiōe generales uel etiaꝫ speciales sub quacūqꝫ forma uerborum receperit: nisi ei sit super conferēdis eisdem in curia romana vacātibus specialis ꝛ expressa[i] ab ipso pōtifice summo auctoritas attributa: conferre[k] alicui seu aliquibus non presumat. ¶ Nos. n. si secus actuꝫ seu attentatum fuerit: decernimus irritum ꝛ inane.

Gregorius decimus in cōcilio generali lugduñ.

¶ Si papa beneficia vacantia in curia non conferat infra mēsem a die vacationis: illi ad quos collatio ꝑtiēbit poterūt illa ꝯferre. Jo.

Statutum[l] felicis recordationis clemētis pape predecessoris nostri de dignitatibus ꝛ beneficijs in curia[m] romana vacantibꝰ nequaquaꝫ per aliuꝫ ꝗ per romanum pontificem ꝯferēdis decernimus taliter moderāduꝫ[n]. ¶ Ut hi ad quos eorūdem beneficiorum ꝛ dignitatum spectat collatio: statuto non obstante predicto: demum post mēsem[o] a die quo dignitates seu beneficia ipsa vacauerint numerandum[p]: ea conferre valeant. ¶ Tātummodo per[q] seipsos: vel ipsis agentibus in remotis[r]: per suos vicarios generales in eoꝝ diocesibus existentes: quibus id canonice[s] sit commissum.

Bonifacius octauus.

¶ In beneficijs vel impetrationibus ad beneficia per prouisionem vsqꝫ ad certam summā pensio nō debetur: per ecclesias ciuitatis vel diocesis nō ꝯprehēditur cathedralis: sed ꝑ ecclesias ꝓuicie metro. ꝛ cathedrales reliq̄ icludūtur. Jo.

Quāuis[t] plenissima[u] sit als in beneficijs iterpretatio faciēda: littere tamē super obtinendis beneficijs iterpretate: debēt cū sint ambitiose restringi[x]. ¶ Et ideo si alicui vsqꝫ[y] ad certam summam ꝓuideri mandamus: ei non in pensione[z]: sed in beneficijs ecclesiasticis tantum volumus prouideri: nisi de pensione in nostris litteris mētio habeatur expressa. ¶ Quā quā sub nomine ecclesiarum ciuitatis comprehendatur alias[ꝛ] ecclesia cathedralis: cum tamen alicui de beneficio mādamus in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diocesis prouidere: ad cathedralem ecclesiam: quam propter ipsius honorē sub hac generalitate nolumus

Statutum. ¶ Ponit cōstitutionē clemētis cuiꝰ moderationem subdit ibi. Ut hi. quā postea restringit ibi tātūmodo. Do.
l ¶ Statutum. supra capitulo proximo.
m ¶ Curia. ꝛ sic idem est dicere in curia: qđ apud sedē apo. vt. §. ca. proxi. ꝛ qñ ibi uacare dicanꝛ: uidebis. ꝭ. eo. presenti.
n ¶ Moderādum. hoc artationē respicit: nō augmētū. §. de ver. si. c. vlti.
o ¶ Mēsem. de huiusmodi computatione dꝛ. §. e. li. de elec. ꝗ sit.
p ¶ Numerādū. est ergo expressum istud tempus: non a tempore scientie sed vacationis currere licet uideatur ꝯ: de conces. preben. quia diuersitatem ad fi. §. de supplen. neg. prela. lꝫ is enim qui nescit potestatem experiendi non habet. ij. q. vj. biduum. ff. de calū. l. annus. ꝛ hoc tenuit hic guil. Sed contrariū credo ꝭm gar. quia hoc statutum fuit in fauorem ecclesiarum ne contigeret beneficia diu uacare: non autem in odium summi pontificis negligentis: quia tunc non nisi a tempore scientie curreret prescriptio: ut in contrarijs. Iteꝫ per hanc reditur ad ius cōe: extendēda est igitur vt de facili ad suam naturam redeat. xxxv. di. ab exordio. ff. de pac. si unus. ꝑsertim vbi statuens cōtra se statuit. alias enim q̄re nō sic expressisset a tēpore scientie: de deci. ad audientiam. ad hoc. ꝭ. de reg. iur. contra eum qui. Unum scias: lꝫ istud tēpus currat ignoranti: non tamen sedi vacāti quod satis ꝓbatur. ꝭ. e. si apostolica. si enim ibi spālis est casus: ergo ipsius ꝯtrium est regulare. ꝛ est rō: qꝛ hoc reperimus expressum sed illud non. Et sic no. spālia in hoc casu. Primum ꝙ cum in alijs detꝛ maius tēpus de cōces. prebē. c. ij. hic datꝛ solum mēsis. Scōm ꝙ istud tēpus currit ignorāti. Tertium ꝙ non sit cōputatio de momēto ad momētum sed dies vacationis nō ꝯputatꝛ in mēse: ꝛ hoc pꝫ dum dicit a die ꝛc. ꝛ si. §. de excep. pia. de restitu. spolia. frequēs. Quartum ꝙ cum alias cōmuniter potestas deferatꝛ ad superiorem: hic redit ad iferiorem: ꝛ hoc facit impossibilis casus: ad hoc supra de elec. licet in fi. ꝛ supra codeꝫ

Quāuis. ¶ Quattuor facit. primo ponit regulā ꝛ īstantiā ibi ꝛ iō tertia ibi. ꝗ ꝗ decidit ꝭm dcām īstanntiā duos casus subijcit. quarta ibi. secus ꝯ īstātiam alium casum subijcit ꝭm Jo. mo.
t ¶ Quāuis. fuit tracta de extrauagāti breui rñso. ꝛ. c. lꝫ in beneficijs. ꝛ emanauit ad declarationē eoꝝ q̄ nota. tan. ꝛ ber. ꝛ moderni. §. de eta. ꝛ q̄li. accepimꝰ in fi. de p̄bē. ꝑ illoꝝ. in ꝑn. ber. ꝛ cōpo. de rescrip. capitulꝫ scē crucis: in glo. qꝛ qōnes. §. item q̄ritꝛ de hac forma ꝛ. §. se. Jo. an.
u ¶ Plenissima. §. de dona. cū dilecti in fi. §. de ver. si. olim. ff. de ꝯsti. ꝑn. beneficiū. ꝛ debēt esse māsura. ꝭ. de reg. iur. decet. cum suis concor.
x ¶ Restringi. sic. §. e. li. de fi. presby. c. i. ꝛ. ij.
y ¶ Usqꝫ ad certā. aliud puta cū papa scribit vt ꝓuideatꝛ ipetranti usqꝫ ad talem sūmā: aliud dū papa scribit ut ꝓuideatꝛ ei de prebenda tāti ualoris uel sūme: qꝛ in ꝑmo casu pōt ꝓuideri de minori sed nō de maiori. in scōo uero de maiori. sed nō de minori: qꝛ forma mādati est seruanda. ꝭ. eo cūi de nō. Et cum istud usqꝫ. ponitꝛ in lrīs ītelligo ꝙ ueniat ascēsiue. q̄si papa scribēdo ꝙ ꝓuideatꝛ usqꝫ ad sūmā cētū libraꝝ: uelit ꝙ ꝓuideatꝛ de summa īfra. lr. usqꝫ ad centū: sꝫ nō ultra id. §. e. li. de arbi. c. i. cū suis cōcor.
z ¶ Pēsione. papa uidetꝛ mādasse ei ꝓuideri de eo ꝙ ꝓuidēs ꝑ se nō poterit retinere: sicut beneficia: qꝛ lꝫ ibi sit liberalitas: nō tñ est in collatione sed in eo ꝙ magis isti ꝗ illi conferetꝛ: qđ dic vt. §. de prebē. relatum. probatur hoc. ꝭ. de insti. c. ulti. Sꝫ in fauorē eius hoc dictū uideatꝛ non tñ illi fauori renūciat ꝓpter intētionem pape que talis fuit: ꝛ ꝓpter formā mādati que seruanda est. ꝭ. e. ti. cūi de non.
ꝛ ¶ Alias. ut. c. di. pallium. de auctorita. ꝛ vsupal. c. i. de testamē. regsi

sti: ad hoc dē ver. sig. cum tibi: īmo etiam īterdum solum cathedralis cōꝑbenditur: vt de verbo. si. cum clerici.
a ¶ Includi. si. ꝭ. de sen. ex. qꝛ periculosum ꝛ hoc tenebat ꝯpo. in supradicta glo. Sed ber. ꝛ tan. videbanꝛ tenere ꝯrium in p̄dcā decre. accepimus in glo. pe. Sed forte bonuꝫ habuerūt itellectū: si ad casuꝫ decr. se retulerūt. s. in his q ꝑmo erāt obligati ꝓuidetꝛ: obligauerat. n. se eps ad ordies cōferēdos: vt. §. eo. cum ꝭm apl'm. ad finē. ꝓuidere uel in cathedrali vl' alia: littere igitur ibi īpetrate: fuerunt lr̄e iusticie: sed h de lrīs q̄re loquimur unde in hoc casu ꝑ eādem formaꝫ in cathedrali vel alijs prouidere tenebitur. ꝛ sic de cre. illa loquatur in suo casu: nec sit correcta per istam: ad hoc. §. eo. li. de elec. cum expediat.
b ¶ Extēdit. qd si mandetur sub hac forma nūqd in capellania vl' māsionaria maioris eccl'ie cathedralis poterit ꝓuideri: ꝛ videtꝛ papa soluꝫ canonicos: ꝛ ipsorū excepisse p̄bēdas. ad hoc. §. vbi dicit ꝓpter ipsiꝰ honorē. ad hoc. §. đ rescri. statutū. ꝛ. §. de ver. sig. cum clerici. Satis credo cum hec lrā sic indistincte loquatꝛ ꝙ ī nullo beneficio cathedralis eccl'e sic poterit prouideri. nō enim dicit ꝙ nō īcludatꝛ canonicatus eccl'ie cathedralis: sed ꝙ nō īcludatꝛ eccl'ia: ergo nullū ipsius eccl'ie b̄nficiū īcludatꝛ: ad hoc optīe. ꝭ. de priuile. ꝑ exceptionem. ꝛ. §. i. rñso. Sed pone īpetraui ꝓuideri mihi in eccl'ia sancti petri bonoñ. non ē alia sci petri ecclesia ꝗ cathedralis nunqd in ea ꝓuidebitur mihi: videtꝛ ꝑp stilum curie grām surrepticiam: qꝛ in cathedralibus ecclesijs nō solet exprimi nomen sancti: sed in inferioribus sic: ꝙ credo nisi aliter per lrās appareret papam de cathedrali intellexisse per illud. c.
c ¶ Prouicie. ī hoc casu loqꝛ decr. §. e. ti. ꝑ illoꝝ: vñ nō aduertebāt q decre. illam allegabāt: ꝙ ꝑ lrās qbus ꝓuideri mādabatꝛ in aliqua ecclesia ciuitatis pōt ꝓuideri in cathedrali. cum ibi archiepo de ecclesijs sue ꝓuīcie scriberetꝛ.
d ¶ Uberiorē. si ergo queratꝛ diuersitatis rō: sufficiat ista: lꝫ ad metropolitanam ecclesiam nō multum efficax: sed sufficit sic per papam declaratum: de re iudi. in causis.
Cum. ¶ Sunt duo dicta ꝭm ibi qñ ꝛ ꝭm diuiditꝛ qꝛ primo ponit determinationem a qua excipit ibi nisi Do.
e ¶ Uno. no. ꝑ his q̄ no. ber. §. de cau. pos. ꝛ ꝑprie. cum ecclesia sutrina. in glo. ex hoc videtꝛ.
f ¶ Institutis. ergo si de facto tm̄ occupatum esset ꝑ eos nō h̄ret locū ꝑscriptio: vel si ibi nō vt rectores sed vt vicarij: vel cōducticij seculares clerici rexissent.
g ¶ Legitima. s. xl. annoꝝ de prescrip. de quarta. de cā pos. cum ecclesia. de cōsue. c. vlti.
h ¶ Ante. iceptā ꝑscriptionē: sed secus si post īceptā ꝛ añ cōpletaꝫ: ꝛ ideo dixi. §. cōtinue.
i ¶ Post. nō tñ cōtinue ꝛ pacifice spacio. xl. an. ꝛ ideo dicit qñqꝫ: illa igitꝛ administratio p̄cedentis tpis tollitꝛ ꝑ ꝑscriptionem sequētem: administratio aūt prescriptionem sequēs illam nō tollit: nisi alia iteruenirent: que ius alioꝝ haberent perimere.
k ¶ Prioratu. prioratꝰ est generale v̄bum qđ ad prioratū secularē vel regularē pōt extēdi: sed rōne ꝑsone īpetrantis q clericus secularis est sibi regularis prioratꝰ cōferri nō potuit: vt artetꝛ id solū ad seculares nam graue est ierptos ꝛc. xix. q. iij. monasterijs. §. de elec. ad nram. ꝛ. c. officij.
l ¶ Seculari. quid si tēpore īpetrationis secularis erat impetrans modo factus est regularis: nunqd de tali prioratu sibi poterit prouideri. Credo ꝙ non ꝑ decre. §. e. li. de elec. si eo tempore.
m ¶ Modum. premissum. §. proxi. rñ. s. per. xl. annos cōtinue ꝛ pacifice ab vno vel pluribus institutis in ipso.
Super eo. ¶ Decidit casuꝫ rōnes iterserēs ibi. Cū hoc: ꝑmitte ꝙ

pluralitas beneficioꝝ curatoꝝ est prohibita. §. e. de multa. Do.
n ¶ Super. ꝛ reprobatꝛ ꝑ istam decre. opi. ber. §. eodem titulo. extirpāde. §. qui vero. cui fauebat guil. in spe. e. ti. de legato. §. vidēdum. ver. qd si habeo. ꝛ approbatꝛ opi. inno. ꝛ hosti.
o ¶ Annexe. ī qbꝰ deseruire dꝫ ꝑ vicariū ꝑpetuū ut in p̄di. §. sed an ipse vicariꝰ uel ipse prebēdariꝰ curā aīaꝝ illiꝰ parochie habeat: de hoc fuerūt opi. diuerse vt sequitur: uicarius enim curā animarū habet: qđ probatꝛ. §. de offi. vica. ex parte. sed vt vicarius: vt ibi notat ber. cū ergo rector spūalem iurisditioneꝫ ibi habeat: ꝛ super vicariuꝫ existat qꝛ excōmunicare potest ꝛ similia facere: ergo quin curā habeat negari non potest supra de elec. dudum. ij.
p ¶ Personatibꝰ. ꝛ sic vꝛ qđ vnus possit plures personatꝰ ꝛ prebendā ēt cum parochiali annexā in una ecclesia obtinere sine dispēsatione pape: unde contradicit aperte. §. e. li. de cōsue. c. i. Sed hic papa pluribꝰ loqꝛ vt vides. ꝭ. vbi dicꝛ: obtineatis vñ pluribꝰ canonicis eiusdē ecclesie de hoc q̄rentibꝰ cōsultus papa r̄ndit. ꝛ sic nō est contra.
q ¶ In eadē ecclesia: idē ꝛ multo fortius si in diuersis: ad hoc. §. de conces. preben. lrās.
r ¶ Concilio. §. e. de multa.
s ¶ Nō obuiet. cuꝫ eniꝫ accessoriū h̄eat seq naturā principalis. §. codē. libro de offi. delega. si gratia. ꝭ. de regulis iuris. accessoriū cū suis cōcor. ꝛ de prebenda nō est cautuꝫ ꝙ vacet: q̄ nec uacabit capella accessoria ad p̄bendā: ad hoc. ff. de ser. ru. predi. l. una ē via. ff. quēadmoduꝫ ser. amit. si cōem. ad hoc. ꝭ. eo. qꝛ sepe. preterea cessat rō ꝓhibitiōis: qꝛ in ecclesia annexa p̄bēde nō tenetur residere: ut. §. eo. extirpande: ergo constitutio de multa: hic locum non habeat.
t ¶ Dispēsatio: intelligo pape de q̄ loqꝛ cōciliū de quo mētionē fecit: als ī p̄bēda ꝛ dignitate b̄n requiritꝛ dispēsatio epi: nisi cōsuetudo eccl'ie uel aliud induceret: vt illa sine dispēsatiōe possint simul de iure teneri: ad hoc. §. e. li. de rescri. grā. ꝛ qđ ibi dixi. dicebant ergo Inno. ꝛ host. §. e. extirpande. hunc esse casuꝫ in quo de iure cōi: vel saltez de cuiuslibet superioris dispēsatione. ꝭm diuersas opi. quas no. §. eo. ti. cum iam dudum. quis plures curas habebat.

hoc casu icludi[a]: se mādatum huiusmodi nō extēdit[b]. ¶ Secꝰ ē cū mādamꝰ in aliqua ecclesiaꝝ ꝓuincie[c] ꝓuideri: tūc. n. ꝛ metropolitana ꝛ cetere cathedrales ecclesie includūtur sub tali mādato: cū vberiorem[d] hoc casu ꝗ alio īpetranti grāꝫ facere uideamur. Ide.

¶ Impetrāti beneficiū seculare ꝓuidetur de beneficio per seculares clericos usqꝫ ad prescriptioneꝫ legitimam. hoc primo: scōo clerico seculari īpetranti simpliciter nō ꝓuidetur de consueto gubernari ꝑ regulares. h. d. Do.

Cum de beneficio ecclesiastico cōsueto clericis secularibꝰ assignari ꝓuideri mādatꝛ: de illo dꝫ ītelligi: ꝙ tāto tempore ab uno[e] uel pluribus secularibus clericis ītitutis[f] in eo rectoribus extitit cōtinue ac pacifice gubernatuꝫ: ut prescriptio legitima[g] sit cōpleta: etiā si ante[h] uel post[i] religiosi q̄nqꝫ ministrauerint in eodē. ¶ Qñ vero scribitur ut ꝓuideatꝛ de aliquo prioratu[k] alicui clerico seculari[l]: prouideri nō pōt de prioratu q ꝑ religiosos iuxta moduꝫ[m] ꝑmissuꝫ ē solitꝰ gubernari. ¶ Nisi hoc in lrīs caueatꝛ expresse. Dez.

¶ Habere personatū cum cura: ꝛ prebendam cui annexa est parochialis ecclesia: nō est cōtra cōcilium generale. Jo. an.

Super[n] eo ꝙ p̄bēdas qbus parochiales ecclesie sunt annexe[o]: in qbus spūalē iurisditionē hꝫ ecclesie uestre cōsuetudinē approbatā: ꝛ sic ꝭm aliquoꝝ iterpretationē curaꝫ aīaꝝ habetis: simul cū ꝑsonatibus[p] quoruꝫ aliquibus cura iminet aīaꝝ: ī eadē[q] ecclesia obtinetis: uobis. ¶ Cū hoc generali cōcilio[r] nō obuiet[s]: dispēsatio[t] necessaria nō existit. Idem.

¶ In ipetratiōe b̄nficioꝝ inspicit data nō ꝑntatio uel receptio. Jo.

Cum cui canonicatus alicuiꝰ ecclesie a se. apo. ē collatꝰ[u]: lꝫ nōduꝫ sit in ea receptus: decernimus in assecutiōe p̄bēde iuxta sue prouisiōis ordinem oībus preferenduꝫ[x]: quibus postmoduꝫ ī ipsa ecclesia similis[y] grā est ꝯcessa. ¶ Licet isti[z] primo[ꝛ] suas lrās presentauerint: ꝛ primo recepti fuerint ī eadeꝫ. Idem.

¶ Per lrās apo. nō facientes de defectu ordinis mētionem potest īpetrāti de curato beneficio prouideri: ad ordines tamē se faciet primis tēporibus ꝓmoueri. Joā. an.

Si ꝑ clericis[ꝯ] pauperibus vel alijs[ꝫ] nostras litteras vt eis de beneficijs prouideas: etiam si animarum[a] cura sit annexa eisdeꝫ recipere te cōtingat ipsis: licet nec in sacris sint constituti ordinibus nec de defectu[b] ordinum in eisdeꝫ litteris mentio habeatur: poteris de beneficijs curam habentibus licite ꝓuidere[c]: nec pretextu dicti defectus tua poterit ꝓuisio īpugnari

Cum cui. ¶ Duo facit ꝑmo decidit casuꝫ cuiꝰ dubiū fortificat ibi lꝫ Do. ¶ Emanauit ad declarationē oīum que no. §. de rescriptis. c. capitulū. ꝛ reprobatꝛ cōis opinio. Jo. an.
u ¶ Collatus. longe diuersum ē cōferre ꝛ mandare conferri ad hoc. §. e. li. de rescrip. tibi qui. ꝛ. c. duobus.
x ¶ Preferēdū. nisi ī casu. ꝭ. e. si clericꝰ. §. ver. ad hoc. §. e. li. đ rescri. tibi q ī fi.
y ¶ Siłs. iō dixit: qꝛ secꝰ si maior: ut puta ꝙ oībꝰ prioribꝰ ꝑferatꝛ: ut. ꝭ. de conces. p̄bē. auctoritate ad idē ī casu. ꝭ. e. qꝛ sepe.
z ¶ Isti. posteriores īpetrātes.
ꝛ ¶ Primo. approbatur ergo illa lec. decre. capitulū. ꝙ ibi prius sit nomē nō aduerbium: ꝛ certe satis erat absurdum dicere ꝙ per cursum tuū tu me preuenires in iure iam mihi acqsito: ꝛ scire debes ꝙ sicut primo īpetrās prefertur omnibus scōo īpetrantibus in hoc casu: sic prefertur omnibus quibus prebenda vacans ēt ab ignorātibus conferretur postea: ut. ꝭ. e. si postꝗ.
Si pro. ¶ Duo facit primo decidit casum. quē scōo terminat ibi oportebit Do.
ꝯ ¶ Clericis. tracta fuit de extrauaganti que īcipiebat venerabilibus fratribus. alias super prouisione ꝛ fuit alex.
ꝫ ¶ Alijs. hoc fuit nō sine mysterio dcm̄: qꝛ cōstitutio alex. solū de pauperibus loq̄batꝛ: vñ multi dicebāt secꝰ in alijs ꝛ declarat h qđ no. Cōpo. de rescri. capl'm in glo. qꝛ qōnes. §. Itē q̄ritꝛ an collatio. Et no. ꝙ q̄ttuor requirūtꝛ in ꝓmouēdo: scia: etas: mores: ꝛ ordo. ī ꝑmis tribꝰ patiēs defectū auctoritate lrāꝝ se. apo. nō ꝓmouetꝛ: nisi fiat mētio. §. de eta. ꝛ qua. eā te. ꝛ. c. ei. in q̄rto sic: ut h vides: ꝛ sic caute decre. illa quartū omiserat.
a ¶ Animaꝝ cura. als. n. nisi hoc esset expressum de curato ꝓuideri nō posset. §. de p̄ben. c. vlti. ꝭ. e. ti. cū in illis.
b ¶ Defectu ordinū. secus in defectu etatis. §. e. li. de rescrip. si eo tpe. ꝛ no. qa bene probat ista lrā ꝛ inferior que idem repetit: ꝙ promouendus ad curā si nō ē in sacris: defectum patitur: ꝛ facit ad id qđ dicam. ꝭ. glo. proxi.
c ¶ Prouidere. olim de iure cōi tales ad talia b̄nficia nō poterāt assumi. §. de eta. ꝛ q̄. ꝑterea. hodie dicūt qdā idistīcte ꝙ ꝑnt. ad hoc. §. đ elec. cū ex eo. ꝭ. đ isti.

Universidad de Deusto Biblioteca

.c.ij.⁊ hic: sed nõ sum ausus corrigere decre. preterea. ⁊ dico ab ea recedēdū solum in casibus in q̄bus hoc expressum īuenio: vt hic. ⁊.ī. de insti.c.ij. in alijs salua maneat: ⁊ ſm hoc intelligo decre. cum ex eo.

a ¶ Oportet. vnde solet exprimi in lr̄is ſm stilum curie: ita tñ q̄ idem clericus se faciat statutis a iure ⁊c. ⁊ psonaliter ⁊c.

b ¶ Requirunt. de iure cōi cōsuetudine vel statuto ecclie: ad hoc q̄ð dixi.ſ. de fi. p̄sby.c.i.i.rñ.

c ¶ A iure: ut in quattuor temporibus anni: ⁊ in sabbato scō: vel sabbato medie quadragesime.ſ. de tēpo. or.c.ij.⁊.iij. minores aūt ɔferri p̄nt in festiuis diebus: vt ibi ⁊ eo.ti.c.i.

d ¶ Promoueri. q̄ð si moniti nō fecerint: poterūt eisdē p̄uari .ſ. de elec. cū in cunctis. hodie īponit noua pena seruatis antiq̄s penis: vt in cle. de eta. ⁊ q̄li. vt hi qui.ij.rñ. Si aūt beneficium sit curatū p̄uatus ē ipso iure nisi sacerdos fuerit infra annū.ſ. eo. libro. de elec. lz canon nisi esset ecclesia collegiata: vt .ſ. eo. ti. statutū: vel habuerit iustū ipedimētū. eodē titulo cōmissa.§.i. vel secū fuerit dispēsatū. eodē ti. cum ex eo.

Si eum. ¶ Duo facit primo decidit casum ex quo īfert decisionē alteri⁹ ibi. ⁊ ideo.

e ¶ Si eum. tracta fuit de extrauaganti que icipiebat dilectus filius: emanauit ad declarationez cor̄ que no. Cōpo.ſ. de rescriptis. capitulū. in glo. q̄ q̄ones ver. sed pone q̄ prior. ⁊ guil. ⁊ spe. ti. de legato.§. nunc tractemus. ver. quid si per. Jo. an.

f ¶ Lr̄as. reseruationis. nā legatus vacaturam nō cōfert: vt .ſ. eodē titulo dilectus filius. t. sed bene reseruat collationi sue ⁊ super ea ɔferenda cum vacabit dat executores: ut.ſ. eodem libro de of. le.c.iij.⁊.iiij.⁊.ī.e. ti. si apostolice.

g ¶ Auctoritate nostra. littere igit̄ gratiose sic misse faciēt illū cēseri auctoritate apo. receptuz ex quo sic exprimit̄. ad hoc.ſ. de rescrip. cum aliq̄b⁹ in fine.

¶ Oportet[a] ut tñ ipsi ad ordines quos requirunt[b] collata eis beneficia se faciant in primis statutis a iure[c] tēporibus pmoueri[d]. I Dem.

¶ Mandato alterius super prouisione faciēda p papam impleto: prouisio auctoritate pape intelligitur esse facta. hoc dicit ſm zen.

Si eu[e] sup cuius puisiōe apostolice sedis legat⁹ in certa ecclesia suas lr̄as[f] quibus obtemperatum nō fuerat: destinarat: mandem⁹ auctoritate[g] nostra in ipsa ecclesia in canonicū recipi ⁊ in frēz sibiq̄ puideri de p̄benda iuxta ipsius legati cōtinētiaz lr̄ar̄ talis receptus[h] hmōi nostri auctoritate mādati nō legati sed nostra ītelligitur esse auctoritate receptus. ¶ Et iō ē in assecutione p̄bēde oībus post cum eadem[i] auctoritate receptis ī dcā ecclesia p̄ferēdus. I Dez.

¶ Mandatū alternatiue plures collatores icludēs verificat̄ i p̄mo uacante. In simul vero vacātibus ordo scripture seruat̄. h. d. ſm do.

Mandato[k] nostro sub ea forma tibi directo vt alicui prouideas de bñficio ad collationē[l] tuam vel alteri⁹ ptinēte. ¶ De beneficio q̄ð p̄mo vacabit[m]: siue ad tuā siue ad illius collationem pertinuerit: ei p quo scribit̄ puidere debebis. ¶ Si vero plura bñficia ad tuam ⁊ illius[n] collationē forsan spectātia simul[o] vacent: tunc scripture ordinē[p] seruare hēbis vt illi solum puideas ð illo beneficio quod ad te[q] noscit̄ ptinere. I Dem.

h ¶ Recept⁹. post ipartitaz. n. auctoritatē a papa talis gr̄a papalis intelligit̄.ī.e. si apostolice. ⁊. C. de veteri iu. enu. l.i. ante medium.

i ¶ Eadem. nam si minori prefertur ēt prioribus: ut.ī. co. hi qui.

Mandato. ¶ Primo ponit thema cuius dubium soluit distinguendo. primum mēbrum ibi de beneficio ſm ibi. si uero. do.

k ¶ Mādato. hec decreta. satis plane tracta fuit de extrauaganti alex. iiij. q̄ icipiebat sua nobis ⁊ emanauit ad declarationē eor̄ q̄ no. cōpo.ſ. de rescrip. capitulum. in glo. q̄ q̄ones.§. sed qd si in hac forma.

l ¶ Collationē. de illo igit̄ q̄ð ptinet solum ad p̄ntationē uel īstitutionē non poterit talis puidere nec ecōuerso.ī. eo. ti. cum in illis.§. cum aūt.

m ¶ Vacabit. ītelligo sine fraude: p decre.ſ.e.li. de renun.c.ij.

n ¶ Illi⁹. ē rō: q̄ de p̄mo puidēdū ē al's eadē rōne de cētesimo: ad hoc. ff. de v. obli. cū q̄ calēdis: de illo igit̄ puideat̄: ne videat̄ extingui gr̄a.ſ.e. cuz cui.ī. eo. c. primo q̄ð ver̄ ē nisi in lr̄is esset clausula: q̄ð durerit acceptādū.ī. de conces. p̄ben. q̄ in cūctis. ⁊.c. ne captāde.

o ¶ Simul. pone mortu⁹ vel promotus ē clericus q̄ hēbat illa duo beneficia: uel duo clerici simul mortui: uel promoti: vl' r̄nūciauerūt: nec appere pōt q̄s p̄mo: ad hoc.ſ.e.li. ð rescriptis. duob⁹.

p ¶ Ordinē. ⁊ ē'ſi.ſ.e. de elec. si q̄s iusto.§.i.ī fi.xliij.di. sic rector ī fi. ff. de vsufr. .l. quotiēs.i.rñ. ad hoc fac̄ q̄ð dixi.ī. de reg. iur. in alternatiuis. ⁊ facit de lega. .ij. cū pr̄.§. ult. ⁊. ff. ad treb. l. heredes.§. fi. ⁊ vide q̄ð no.ſ. de rescri. cuz dilecta.

q ¶ Ad te. al's esset in p̄tāte illius cui scribit̄ se exonerare. dico q̄ idē iuris eēt in ordine ɔuerso.ſ. q̄n scribit̄ ad alteri⁹ vel tuā. ⁊c. q̄ tunc ēt si simul vacēt puidebit ð spectāte ad collationē alteri⁹ ordinē scripture ſuādo: ut.ſ. dixi. ⁊ expone ad te.i. ad tui collationē. Et q̄ð dicit decre. h p oīa ver̄ ītelligo cū ēt tertie psone scribit̄: puta mihi vt tibi puideam de beneficio spectāte ad collationē talis aut talis nam tibi de primo vacante puidebo: al's scripture ordinem ſuabo eadem rōne.

Si clericus. ¶ Soluit duos casus dubios circa illū q̄ negligit suā gr̄am pseq. ⁊ p̄mo rōnē subdēs ibi cū fcā scðo secundū ibi. uerum rōnē diuersitatis īterserēs ibi cū mādatū q̄ð determinat ibi dūmō. ⁊ declarat ibi. ⁊ idē ⁊ decretum apponit ibi alias facta. do.

r ¶ Clericus. ⁊ declarant̄ hic ⁊ corrigunt̄ que nota. compo. de rescrip. mandatum in glo. ij. in fi.

s ¶ Postea.ſ. puiso sibi de p̄benda: ⁊ hec ē noua forma q̄ nō multū hz vsum curie: si aūt mādasset sibi de canonicatu statim puideri: ⁊ postea ð p̄benda q̄n vacaret: ⁊ puisuz fuisset de canonicatu: tūc idē q̄ð in. ij. casu.

¶ Si clericus cui mandabatur puideri de prebēda primo vacante negligit petere prebēdam sibi debitam: extincta est gr̄a. Si aūt sibi collatus fuerit canonicat⁹: tunc habebit p̄bendam dum nullus est ibi expectās auctoritate apo. Joā. an.

Si clericus[r] p quo a sede apostolica recepisti mādatū: ut ei de p̄bēda primo vacatura in certa ecclesia puideres. eūq̄z postea[s] ī canonicum ipsi⁹ ecclesie recipi faceres[t] ⁊ in frēm: p̄bendam sibi debitam[u] quādo vacat petere negligenter[x] omittat: ⁊ aliā[y] postmodū ī ip̄a ecclesia vacaturam neqbit p̄textu dcī mādati petere: nec tu de ipsa sibi poteris puidere. ¶ Cum fcā ei gr̄a p ipsi⁹ negligētiaz sit extincta[z]. ¶ Uerum si prefatus clericus fuisset auctoritate apostolica effectus[ʒ] ab initio canonicus ī ecclesia p̄libata: ¶ Tūc cum remāserit in ea canonicus: dicta negligētia[?] nō obstāte: ac p ɔsequēs rōne canonicatus sit in alia prebēda nulli alij de iure debita ceteris preferendus: petere poterit prebēdam aliam proxime uacaturam. ¶ Dūmō[ȝ] nō sint alij qui cadem[a] auctoritate prebēdas ī ipsa ecclesia expectātes. ¶ Et eidē de ipsa nō p te cum mādatum[b] nō susceperis sup illa: sed p eū ad quē spectat[c] in eadē ecclesia prebēdarū collatio prouideri[d] ðbebit[e]. ¶ Alias fcā de prebēda huiusmodi alteri collatio in illius preiudicium eo ipso uiribus nō subsistat[f]. I Dem.

t ¶ Faceres. erat ḡ dat⁹ ī hoc ad ɔpellēdū: ð quo dic vt dicaz.ī. de conces. p̄bē. si capl'o. ⁊.c. si soli.

u ¶ Debitā.ſ. prime uacaturā: ⁊ intelligas nulli alij de iure debitam.

x ¶ Negligēter. desidiosus erat: uel execrabat̄ lites vl' ignorabat ius: q̄ credebat illā p̄bendā deberi p̄mo recepto auctoritate capl'i vel iferioris a papa. Si aūt īfirmitate laborabat magna: uel alienat⁹ erat a mēte: vel captiuatus: vl' iusta cā abs̄ns: ⁊ pcuratorē dimisat: q mortu⁹ tūc erat vl' his sil'ia: tūc hoc casu p̄bēdā ñ pdit: ad hoc.ſ. co. li. de elec. ɔmissa. nō .n. pōt dici negligens q̄ p̄tātē experiēdi nō hūit: ad hoc.ſ. de electio. c. ultimo. ⁊ de ɔceſ. p̄ben. q̄ diuersitatē. Qñ āt dicatur negligēs: arbitrio boni uiri. i. iudicis relīquēdū credo. ff. de ver. obli. ɔtinu⁹.§. cū ita. Nec. n. dico q̄ stati post mortez necesse hz peter̄: īmo aliq̄ð tp̄s sibi assignādū ē in quo deliberet an p̄bēda sibi debeat̄ de iur̄ vl' nō ad hoc.ſ.e.li. de cōsue.c. vl. arbitrabit̄ ḡ iudex hoc tp̄s ſz q̄litatē negocij psonar̄ ⁊ loci: ad hoc.ſ. de elec. cupiētes.

y ¶ Aliā. no. q̄ si neglexi petere debitaz: ⁊ alijs collata est: aliā nō peto. sed si neglexi petere debitā tñ adhuc nō ē alij collata dico q̄ illaz adhuc possuz petere. ad hoc.ī. .e. si tibi absenti in fi.

z ¶ Extincta. ⁊ sic extincta dz esse p̄tās executoris: sicut ecōuerso. de of. le. si super gr̄a: ad hoc.ſ.e. sup eo.ī. de re. iur. accessoriuz. cum suis cōcor. ⁊ merito ē extincta p̄tās: cū .n. forma sibi tradita fuerit p rescriptū sup uno beneficio tñ.ſ. primo vacaturo sibi debito: illo omisso nil subest rescrip. ad hoc.ſ. de of. dele. ex pte.i. ex quo igit̄ sciuit rē suā agi ⁊ se nō opposuit sibi īputet: de re iudi. quāuis: alias seq̄ret̄ q̄ ius hr̄et in pluribus p̄bēdis q̄ð est absurdū. Quidā tñ dicebāt olim ɔ pp ītētionē mādātis q̄ voluit illū p̄bendā hr̄e: vñ si nō hz p̄mā hēat scðaz: ad hoc.ſ. codez dilect⁹. iij.ſ. de cōces. p̄ben. cum sup: nec dr̄ ius hr̄e in duab⁹ prebendis: q̄ desinit ius hr̄e in p̄ma: ⁊ hoc putauit hosti. in p̄dicta glo. magna equum Jo. an.

⁊ ¶ Effect⁹. q̄ papa ɔtulit vel mādauit ɔferre canonicatū in eccl'ia q̄ð factū fuit.

? ¶ Negligētia. q̄ neglexit petere p̄bēdā sibi debitā ⁊ sic fuit alteri collata.

ȝ ¶ Dūmō. p istud v̄bū pbo: q̄ nō p̄ferr̄ expectātib⁹ q̄ ipetrauerūt post negligētiā: nā de his q̄ ante negligētiaz ipetrauerūt dictū erat.ſ. ibi nulli alij de iure debita: supflueret ḡ hec lr̄a: nisi ⁊ de posteriorib⁹ ītelligeret̄: hoc sonat ergo lr̄a: q̄ quādiu erit ibi aliq̄s expectās auctoritate apostolica: siue pri⁹.i. añ negligētiā īpetrās: siue post: ille negligēs nō hēbit añ p̄bendā.

a ¶ Eadē auctoritate. p̄ferr̄ igit̄ receptis auctoritate iferior̄.ī.c. pri.

b ¶ Mādatū. cui⁹ fines diligenter seruandi sunt.ī. co. ti. cui de nō: sed istud esset mandati fines excedere.

a ℭ Ualitura.nota casum ubi reȝ meā uel mihi debitaȝ remittere nō possum:lȝ nil sit taȝ naturale qp voluntate dñi rem suam in aliū transferri:insti.de re.di.§.p traditionē:⁊ de hoc dic:ut dixi.s.e.li.de rescri.statutū.§.si qd autem.
Felicis. ℭ Sūt quattuor dicta. Primo recitat ius antiquū. Scdo ibi: ueruȝ illud temperat in parte scda. Tertio ibi:adiiciéntes addit et declarat. Quarto ibi:Cetera in reliquis ius antiquū cōseruat.Do.Ortuȝ habuit ab his q not.guil..s.c.pri.ubi dicebat se a dño grego. audiuisse de mente sua fuisse qp h statuitur.
b ℭ Lugdun.s.c.pri.
c ℭ Aliqui. Innocen..iiii.in archiepiscepis p hibuerat principaliter:⁊ demum ad omnes extenderat.s.c.i.
d ℭ Exigere.circa hoc nil corrigit uel mutat.
e ℭ A volente.hoc est quod infra recipit mutationem.
f ℭ Experientia.sic.s.eo.li.de elec.qp sit:cum suis concor.
g ℭ Dispēdia.pbyter ruralis q ñ hȝ nisi vnuȝ gausape forte siue manutergiū:⁊ vnicū lectulū qño pcurabit ⁊ hospitabitur epm cū nec forte dom⁹ sufficiat:posito qp abūdarent reliqua ⁊ eps qño in uili domo manebit:vtilis ergo fuit h ɔstitutio que tollit hec dispendia.
h ℭ Cōcedimus.h.o.reuolauit ad.a.i.extremitas ad pncipiū.xxxv.dis.ab exordio.Olim enim ab his qui pcurationē victualiū parare debebāt inuitis:pcuratio in pecunia exigi nō poterat.x.q.i.relata.sed a volentibus bene poterat in pecunia recipi ⁊ certa summa taxari.x.q.iii.relatum idem est hodie per hāc decre.⁊ est equissimuȝ:ut dixi in priori.glo.
i ℭ Officio.satis h puto locū hre:ñ solū i ordinarii offō:sȝ ēt delegatiōis cū vtrobiqȝ eadē sit rō:nō ob.qd.j.dr psonaliter:qr itelligo qp cū psonaliter visitāt p suis victualib⁹ a visitatis pecuniā recipiāt:cū aūt p alios ñ ipsi:sed illi victualia uel pecuniā p eis recipiēt:ut.s.de offi.or.si eps.
k ℭ Persoluendā.alias.n.possȝ totā ciuitatē vna die visitare ⁊ tot pcurationes recipere quot ibi eēnt ecclesie:qd eēt absurdū:numerus ergo pcurationem nō excedat numerum dierum.s.eo.procurationes.
l ℭ Cetera vero.s.circa exactiones statuta ⁊ circa pcurationes etiam in

victualibus nō recipiendis a locis nō visitatis:⁊ circa munera nō recipiēda a visitationibus vel coꝝ famulis cū penis superius statutis.

Quāquam. ℭ Primo ponit exordiū. Secūdo phibitionē ibi:cū igit. Tertio penas trāsgressoꝝ ibi:q vero. Et hec decre.pleni⁹ puidet qp alexādrina:qr nōnulli.j.de imutatate ecclesiaꝝ puideat. Do.

tur qr ponit dictū de visitatione iteratione ⁊ pcuratione. Scda vitiat cōsuetudinē cōtrariā ibi:cōsuetudine.Do.Emanauit ad declarationē decre.s.co.romana:⁊ correctionē coꝝ q ibi no.Ber.⁊.s.e.c.nup.⁊.s.de accu.sicut olim.
t ℭ Constitutionis.s.c.c.i.
v ℭ Neglīgētes:Cōtrarium no.ber.in predictis locis:sȝ aliud est uisitare:aliud de criminibus inquirere:ut di xi.s.c.i.

a ℭ Pedagioꝝ:quid sint guidagia:⁊ qd pedagia vide.s.de vbo.sig.sup quibusdam.
b ℭ Canonico:pre.decre.super quibusdā.
c ℭ Ciuili.C.noua vec.insti.nō pos.l.ab ecclesiis.C.de sacrosan.ec..l.placet.
d ℭ Maioris.s.qp si exigant a laicis.
e ℭ Ipsaꝝ.s.ecclesiarū ⁊ ecclesiasticaꝝ psonaꝝ nā res clericoꝝ eodē priuilegio gaudēt quo res ecclesiaruȝ: vt.xvi.q.i.similiter:⁊ rōnē ibi no.Jo.⁊ Ber.s.de pig.ex litteris:in glo.penulti.nec est illud vniuersaliter verum vt nota. Joan..xvi.q.iiij.c.i.
f ℭ Humāo:positiuo:vt dictum est.s.
g ℭ Diuino:legit gen..xlvij.vltra mediū.subiecit Joseph oēm terraȝ egypti pharaoni ⁊ cunctos populos ei⁹ a nouissimis terminis egypti usqȝ ad fines ei⁹ preter terrā sacerdotuȝ:⁊ seqt sic.Ex eo tpe vsqȝ ad psentē diē in uniuersa terra egypti qnta pars regibus soluit:⁊ factū est quasi in legē pter terrā sacerdotaleȝ:que libera ab hac conditione fuit. Itē esdre.vij.vltra mediū:vbi dixit rex Aldageij suis ministris vobis quoqȝ notū facim⁹ de vniuersis sacerdotibus ⁊ leuitis cantorib⁹:⁊ ianitorib⁹:⁊ mīstris dom⁹ dei: vt vectigal:⁊ tributū:⁊ annonas ñ habeatis potestatē iponendi super eos:⁊ concordat ad hoc.s.de immu.ec.nō minus.
h ℭ Constitutionē:quā habes.j.de.imu.ec.c..i.⁊ pro pte ei⁹ mentem vide hic decisam.
i ℭ Negociandi:ad hoc de vi.⁊ ho.cleri.c.vlti.

Quāquaȝ pedagioꝝ exactiones tā iure canonico qp ciuili regulariter merito sint dānate: tāto tñ districtius ne ab ecclesijs et psonis eccl'iasticis talia exigantur prohiberi oportet:quāto si id fiat maioris inde trāsgressionis reat⁹ incurrit ⁊ offensa euidētior ɔprobat. ℭ Cū igit eccl'ie eccl'iasticeqȝ psone ac res ipsaꝝ nō solū iure humano: qnimo ⁊ diuino: a secularium psonaꝝ exactionib⁹ sint immunes: ɔstitutionē felicis recordationis alexādri pape quarti predecessoris nostri:q statuit eccl'ias ⁊ psonas eccl'iasticas ad pedagia ⁊ guidagia penitus nō teneri:nec ad exhibēdū vel soluendū talia pro rebus suis pprijs:quas nō casu negociādi deferūt vel deferri faciūt seu trāsmittūt. Uolētes pp multorū insolētiā ⁊ abusuȝ pene adminiculo adiuuare: adijcim⁹ districti⁹ inhibendo cōtraria consuetudine quoꝝcūqȝ:q dicēda est corruptela veri⁹ non obstante: vt nec collegiuȝ: nec vniuersitas: nec aliqua etiā singularis psona cuiuscūqȝ sit dignitatis cōditionis aut stat⁹ a psonis ecclesijs aut psonis p psonis ipsis aut reb⁹ pdictis talia exigat vel extorqueat p se vel p aliū suo nomine uel etiā alieno aut eas ad in eiusdem predecessoribus cōstitutione cōtenta i suo volumus robore perdurare. I Dem.

ℭ Si vniuersitas vel singularis psona ecclesias vel eccl'iasticas psonas cōpulerit soluere pedagia vel guidagia vel exactiones pro reb⁹ suis quas cā negociatiōis nō deferūt vel pro psonis:singulares sunt excōicati ⁊ vniuersitas iterdicta:nec pdest cōtraria cōsuetudo. Cle.hoc addit qp diocesani qbus ɔstat aliquos has snias icidisse illos publicare debēt:⁊ ipsas snias facere obseruari.c.ti.presenti.Jo.

hmōi psoluenda ɔpellat. Qui vero cōtrafecerint:si psone fuerint singulares excōicationis:si aūt collegiū vel vniuersitas ciuitatis castri seu loci alteri⁹ cuiuscunqȝ:ipsa ciuitas castrū vel loc⁹ iterdicti sententias ipso facto incurrāt:nec ab excōicatione hmōi absolutionē vl' interdicti relaxationē obtineāt donec exacta plenarie restituerit ⁊ de transgressione satisfecerint cōpetenter. I Dem.

ℭ Archieps visitare pōt puinciā ac ēt iterare:lȝ suffraganei nō sint negligētes:⁊ tūc ɔfessiōes oīuȝ audire:⁊ pñias iponere.h.d.Do.

Perpetuo declaram⁹ edicto archiepm posse fm tenoreȝ ɔstitutionis felicis recordationis Inno.pape.iiij.predecessoris nostri sup hoc edite suā puinciā visitare libere lȝ nō sint ei⁹ suffraganei negligētes ⁊ iterare visitationeȝ eādē:ac pcuratiōes a locis recipe visitatis. Cōsuetudine si q forsan ab ipsis suffraganeis vl' ab aliis allegēt pmissis ɔtraria nō obstāte. ℭ Pōt etiā ideȝ archieps dū visitat ɔfessiōes subditoꝝ suffraganeoꝝ audire ac absoluere ɔfitētes ⁊ ipis pnias iiūgere salutares.

Rica De ɔsecratōe eccl'ie vl' altaris

Bonifacius octauus.

ℭ Polluta eccl'ia pollutū ē cimiteriū illi contiguū sȝ non remotū: pollutio cimiterij ecclesiā non polluit:lȝ ɔtigua existit: polluto vno cimiterio aliud illi ɔtiguū pollutū nō est lȝ p portā de uno i aliud detur ingressus.h.d.Do.

Si ecclesiā pollui sanguinis: aut seminis effusio ne contingat:ipsius cimiteriū:si contiguū sit eidem censetur esse pollutū: vnde antequā reconciliatū fuerit:nō dȝ in eo aliqs sepeliri. ℭ Secus si remotū fuerit ab eadem. ℭ Non sic quoqȝ

x ℭ Et iterare:repete fm cōstitutionē ⁊c.qd est.s.⁊ idē repetas in pri.ver.
y ℭ Aliis: puta subditis suffraganeorum.
z ℭ Premissis:visitationi iterationi ⁊ pcurationi.
⁊ ℭ Obstant:ad idē.s.c.pri.cum suis cōcor.
ɔ ℭ Absoluere. No.cām in q archieps in subditos suffraganeoꝝ iurisditionē hȝ. Itē p totā puinciā dat lras idulgētiaꝝ.s.d pe.⁊ re.nro:alios casus habes.ix.q.iij.in summa.s.de offi.or.pastoralis.
x ℭ Salutares:nō nimiū austeras.xxvi.q.vij.alligāt ⁊ in eis imponēdis cōsideret que legunt:de pe.dis.v.ɔsideret.s.de homi.sicut dignum.

Si ecclesiam. ℭ Determinat qtuor casus. Secūd⁹ ibi:sec⁹. Terti⁹ ibi ñ sic. Quartus ibi:nō vnū.Do.Emanauit ad declarationē coꝝ q no.Host.s.eo.ti.c.i.pprie eccl'ia dr ɔsecrata:basilica nō ɔsecrata de reli.do.c.i.sed ɔ nō cōsecrata polluit:sed alr recōciliat.s.e.c.vlti.Dñicus.
a ℭ Pollui:quo ad opinionē hoīum q eā polluūt qp tū i eis est:q enī sunt sancta coingnari nō pñt.xv.q.vlti.c.vlti. de coha.cle.⁊ mu.vra:⁊ qd firmuȝ erit aut stabile si sanctitas icorrupta corrumpat.C.de epis.⁊ cle.si quēqp:⁊ ob hoc dico qp si pollutio fuerit occulta nō dȝ recōciliari. Dicūt.n.theologi qp iō recōciliat eccl'ia:vt videntes laici eccl'iā sic lauari q non peccauit cogitēt itra se qp tū pro lauatōe pcōꝝ laborādū sit:⁊ pbat h iure:qr eccl'ia ñ iudicat d occultis.xxxij.di.erubescāt: de simo.tua:nō ob.d adul.significasti:qr dico qp adulteriū ibi publicū erat:qp pȝ ex eo qp adultero indicta fuit purgatio.
b ℭ Sanguinis:humani ⁊ iniuriosi:vñ si ibi occidat canis vl' human⁹ sanguis casu effundat eccl'ia nō ē recōciliāda:et si sine sanguinis effusione occidat ibi hō:puta cū tersorio ad collū:bñ recōciliat pp criminis horrorē fm hug.q no.hoc de cō.di.i.eccl'jis:⁊ ē casus.s.c.pposuisti:vbi dr qp pp homicidia ⁊ vulnera recōciliat eccl'ia:nō dicit an i eis fuerit sanguinis effusio necne:⁊ si extra ecclesiā vulnerat⁹ ad ecclesiā fugiat:⁊ ibi sanguinē spargat nō recōciliat eccl'ia:secus ecōtrario vl' cū sanguinē colligit i scutella:si aūt supra tectū:pone cū sagitta hō iterficit:dixit ibi hu.qp nō ē faciēda reconciliatio:qr extra eccl'iā vr factū. Sȝ qd si sanct⁹ vir ibi occidat:nūqd recōciliabit ecclesia:vr qp sic:qr iura indistincte loquunt.⁊ scelerati⁹ ē iustū:⁊ sanctū occidere:qp iniustū.xxiij.q.v.si nō lȝ.⁊ n ɔ.riū vr:cū eccl'a sanctificata sit nō polluta:sȝ hoc veꝝ est ex sanguinis effusi passione:sed ex ipsi⁹ effusi actione:bñ polluit:iuxta illud actio displicuit:passio grata fuit:vñ pmū teneas:locū tñ sanguinis nō lauabunt.
c ℭ Seminis:humani nō canū:⁊ intelligūt h qdā de semine fornicario:vnde si vir cognoscit vxorē in eccl'ia nō recōciliabit.hoc tȝ hu.cuius glo.posuit Joan.de cō.di.i.i ecclijs Uin.⁊ gandolphus.Sed ipse Jo.ɔ:qd veꝝ puto:allegabat.ff.de sol.l.qd dicim⁹:⁊ hoc no.xxxi.di.qm̄.lxxiij.di.ecclesijs.xxxiij.q.iiij.aplius:nā multa licita ex loco sunt illicita.ij.q.vij.accusatio.de imu.ec.c.i.
d ℭ Cōtiguū:cōtigua dicunt quoꝝ extrema se cōtingunt.
e ℭ Pollutū:ɔcor.j.de sen.ex.si ciuitas:vt idē de eccl'ia iterdcā distinguit.Jo.

k ℭ Adiuuare.s.eo.exigit.i pn.
l ℭ Consuetudine:ad idē.s.e.romana.§.pcurationes.s.de capel.mona.c.vno.cum simi.
m ℭ Collegiū:ex qbus hec cognoscāt:vt no.s.de excess.pla.dilecta.
n ℭ Predictis:pprijs.s.quas cā negociationis nō deferunt.
o ℭ Alium.j.de reg.iur.qui per alium.
p ℭ Alieno.xlvi.di.sicut nō suo.j.reg.iur.quod alieni.
q ℭ Singulares:etiā epi:qr decreta.qr periculosum:de sententijs suspēsionum ⁊ interdicti loquitur.
r ℭ Uniuersitas:in collegiū.n.vel vniuersitatē excōicationis snīa pferri nō dȝ.j.de sen.ex.romana.§.in vniuersitatē:vbi de hoc:⁊ itelligo hoc ēt de vniuersitate vel collegio ecclesiastico:vt.s.de psonis diri i pri.glo.et facit.ff.si ser.vē.l.alti⁹:⁊ de n.i.ex lib.ven.c.vno.de deci.qpuis.
s ℭ Satisfecerint:ad istar excōicati pro manifesta offensa.s.de vbo.sig.
Per parte.i.⁊.c.se.j.de sen.ex.solet.⁊.c.venerabilibus.
Perpetuo. ℭ Sūt due ptes. Scda ibi:pōt ēt. Itē pma subdiuiditur qr ponit dictū ...

Et no.in his que negociatiōis cā portant nō in pprijs vel in his q portantur ad vtilitatē fisci soluunt exactiones iste.C.de vec.⁊ cōmis.l.vniuersi.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ❡ Polluto: sanguinis vel seminis effusione: vt. s. vel quia ibi fuit aliquis excommunicatus sepultus. s. e. consuluisti.
b ❡ Maius: ad se trahere videatur: qd est. j. τ hoc esse nō dꝫ. s. eo. ꝙ in dubijs vbi de hoc: ad idē. s. eo. lib. de p̄ebē. c. antepe.
c ❡ Principale: qd esse non dꝫ: imo potius ecōtrario. j. de reg. iu. accessoriū cū suis cōcor.
d ❡ Pariete: paries igiꝉ diuisionem inducit ad idē. s. eo. li. de elec. vbi periculū. §. i. eodē.
e ❡ Violatum: No. ꝙ lꝫ accesso i. m sequatur principale cōtiguū: non tñ sequitur accessorium etiā cōtiguū vt hic: multo ergo minus principale seqꝉ accessorium: vt. s. pxi. ℞.

G Loriosus deus ❡ Primo ponit exordiū de diuina puidētia q̄ dignio res extollit. Scd̄o ponit imitationē ecclesie militātis ibi: sic τ alma vbi facꝉ tria. Prīo cōmēdat apl̄os euangelistas q̄ttuor doctores eccl'e diuisiꝫ. Scd̄o ibi: ideoqꝫ ponit peritā puisionē ecclesie circa ipsoꝝ excellētiā. Tertio ibi nos itaqꝫ: ponit suā additionem de festis istoꝝ sub officio duplici celebrādis. do.
f ❡ Duodeno: hoc dicit ppter paulū τ illos qui nō fuerūt de numero: hi aūt sunt. xij. Petrus Joānes Jacobus zebedei Andreas Philippus Thomas Bartholome⁹ Mathe⁹ Jacobus alphei Simon Judas Jacobi: τ Mathias qui fuit in locū iude scharioti.
g ❡ Quattuor: Marcū Matheum Lucā τ Joannem.
h ❡ Sedis: solus papa hꝫ: nō solū certos de sanctis p̄alijs extollere: sed etiā eos canonizare multiplici rōne. Prīo q: ista est vna de maiorib⁹ causis q̄ inter xp̄ianos pponi possit τ sic est ad se. apo. referenda: de baptis. maiores. Scd̄o q: miracula attribuunꝉ fidei: ħ igiꝉ qd cū sit de fide p̄cipue est ad sedē apl'icā referēda. xxiiij. q. i. quotiens. Tertio q: ad papā spectat declarare dubia scripturarū: q filij sint legi. p venerabilē multo fortius dubia sanctitatis: q: circa maiora maiꝰ piculū vertiꝉ: ideo ꝛc. s. de elec. vbi periculum. Quarto ne pp multoꝝ epoꝝ simplicitatē populū decipi ɔtingat. s. eo. ti. c. i. τ. ij. Quinto ne i infinitū cōtingat sctōs multiplicari: et sic deuotionē refrigescere τ sanctitatē vilescere. lxxx. dist. epi: vꝫ tñ ad id ꝫ. s. de ferijs. c. vlti. ꝺ cōse. di. iij. c. i. vbi vꝫ ꝙ epi ħ possint sed illud intelligitur de sanctis iā canonizatis: nō eniꝫ oīum festa vbiqꝫ colunꝉ: hoc aūt cōsequiꝉ sanctus p canonizationē: ꝙ ecclesia p eo solēniter: τ p aliqb⁹ solēnib⁹ dicit officiū: vt ħ. Itē īter alios sanctos ī letanijs noiaꝉ: τ inuocaꝉ τ si ecclesia i canonizatione erraret: qd nō est credēdū: lꝫ accidere posset. de sen. excō. a nobis. ij. nihilominus p̄ces ī honore talis accepte τ grate sunt p fidē enim christi omnia purgantur: de coha. cleri. τ mu. vestra. τ esto ꝙ veritas canonizationis deficiat: nō deficit fides: de baptis. debitū de presby. nō baptis. c. ij. τ. iij. Dicim⁹. n. ꝙ cuilibet lꝫ in secreto alicui defuncto quē sanctū credit p̄ces porrigere: vt pro ipso ad deū intercedat: lꝫ solēnes preces publice emittere vel solēne officiū publice dicere nequeat vt dixerūt Inno. τ host. s. eo. ti. Ad canonizandū aūt sanctos inquirendum est an illi de quo canonizando q̄ritur prior vita testimonium prebeat pro laborib⁹ multis: moribus castis: actibus strenuis. lxi. disti. miramur. Oportet enī hoc p̄nti testificatione p̄dicari: τ bone fame preconijs nō taceri. xij. q. ij. quattuor τ maxime q̄ri dꝫ de simplicitate et humilitate: q: superbis de⁹ resistit: humilibus aūt dat grāꝫ. Itē dꝫ q̄ri an in vita psecutiones passus fuerit. vij. qd. i. oīs q τ. c. ibi adunati: τ an passus fuerit ex charitate. i. q. i. vide. Querendū etiā est de miraculis factis ī vita τ post mortem: τ quantuꝫ ad hoc ꝙ sit miraculū q̄ttuor requiruntur. Prīmū ꝙ ex deo non ex arte cōtingat: nec ex diabolo: nā miracula quādoqꝫ fiūt per malos. i. q. i. teneam⁹. τ. c. prophetauit: necesse est eniꝫ martyres a deo impetrasse que mandant. l. di. si qs p̄postera. Secundū ꝙ sit ꝫ naturam sicꝉ de virga moysi: mutata in colubrum: τ de asina loquēte ad Balaam. s. de hereti. cum ex iniuncto. Tertio ꝙ nō sit ex vi verboꝝ sed hominis merito id contingat: nam panis τ vinū ptāte τ virtute verborū transsubstantianꝉ ī corpus τ sanguinem. s. de cele. mis. cū marthe. §. q̄siuisti. Quartū ꝙ sit ad corroborationē fidei herba enim ministerio hoīs trāsit in vitrū: sed hoc nil ad corroborationē fidei: τ ideo ad canonizationē nisi hec quattuor cōcurrant miracula nō pdessent s'm summistas qui hoc no. s. e. ti. τ moderni. s. de test. c. venerabili.
i ❡ Duplici: dicūt quidam officiū duplex cū tota antiphona dꝫ ante psalmū τ tota post psalmū: cū alias nō tota: sꝫ solū principiū dicaꝉ añ psalmū: alij aliter dicūt clerici hoc relinquo.

Q Uia non. ❡ Tria facꝉ s'm Jo. mo. primo recitat i generꝉ tirānidē secularis ptātis. scd̄o ibi: sane narrat ī spē. Tertio puidet circa ista ibi: uolētes do.
k ❡ Temporale: qd ecclesiastico min⁹ esse dubiū non est. xcvi. dist. si

in casu ɔuerso sentimus: vt videlicet polluto[a] cimiterio: quāuis ecclesie cōtiguo debeat ecclesia reputari polluta: ne minus dignū maius[b] aut accessoriuꝫ p̄ncipale[c] ad se trahere videaꝉ. ❡ Nō vnum sꝫ plura cimiteria cē noscunꝉ: que q̄uis sibi coherentia pariete[d] tñ medio se iūgunꝉ. Ideoqꝫ violato coꝝ altero: alteruꝫ licet de vno ad aliud per portam inter mediā habeatur accessus: non propter hoc reputabitur violatum[e].

Rica De religijs τ veneratiōe scōꝝ.

B Onifacius. viij.

❡ Festa. xij. apostoloꝝ quattuor euāgelistaꝝ τ quattuor doctoꝝ et ɔfessoꝝ ecclesie. s. gregorij augustini ambrosij τ hieronymi: sub officio duplici debent solēniter celebrari. Jo. an.

G Loriosus deus in sanctis suis: τ in maiestate mirabilis: cuius ineffabilis altitudo prudētie nullis iclusa limitib⁹: τ nullis terminis ɔprehēsa recti censura iudicij celestia pariter τ terrena disponit: τ si cūctos ei⁹ mīstros magnificet: altis decoret honorib⁹ τ celestis efficiat beatitudinis possessores: illos tñ vt dignis digna repēdat potiorib⁹ attollit insignijs dignitatū τ p̄mioꝝ vberiori retributiōe psequiꝉ: quos digniores agnoscit τ ɔmēdat igētior excellētia meritoꝝ. Sic τ alma mater ecclesia eius sacra vestigia psequēs: τ exēplo ducta laudabili lꝫ vniuersos i regnis celestib⁹ cōstitutos studijs honorare sollicitis τ sonoribus efferre p̄conijs nō dēsistat: gl'iosissimos tñ xp̄iane fidei p̄ncipes: athletas dei electos: iustos seculi iudices lumina ꝯa mundi: videlꝫ xp̄i redēptoris apl'os: nūero duodeno[f] cōtētos: q viuētes i carne p̄dictā eccl'ā suo p̄cioso sāguie plātauerūt: ipsaꝫ erigēdo sublimiter τ disciplinis scīssimis dirigēdo reuerendissimos ēt p̄res uirosqꝫ clarissimos q̄ttuor[g] euāgelistas dn̄i p quoꝝ diligentissima τ fidelissima studia: eidē eccl'ie sacra euāgelia illuxerunt. Egregios quoqꝫ ipsius doctores eccl'ie beatos gregoriuꝫ q meritis īdit⁹ se.[h] ap. curā gessit: augustinū τ ābrosiū venerandos antistites: ac hieronymuꝫ sacerdotij p̄dituꝫ titulo: eximios cōfessores: summis attollere vocib⁹: laudib⁹ psonare precipuis: τ spālib⁹ disponit honorib⁹ venerari: hoꝝ qppe doctoꝝ plucida τ salutaria documēta p̄dictā illustrarūt eccl'iā decorarunt virtutib⁹: τ morib⁹ informarūt: p ipsos preterea quasi luminosas ardētesqꝫ lucernas sup cādelabrū i domo dn̄i positas erroꝝ tenebris pfugatis toti⁹ corporis eccl'ie tanq̄ sydus irradiat matutinū: eoꝝ ēt fecunda facūdia celestis irrigui grā ifluēte: scripturaꝝ enigmata reserat: soluit nodos: obscura dilucidat: dubiaqꝫ declarat: pfundis quoqꝫ ac decoris illoꝝ s'monib⁹ ampla ipsius ecclesie fabrica velut gēmis vernātibus rutilat: τ verboꝝ elegantia singulari gloriosi⁹ sublimata coruscat. Ideoqꝫ circūspecta prudentia dicte sedis: que actib⁹ intēta salubribus: τ operibus exposita pietatis libēter τ solerter exeqꝉ q̄ sunt dei p̄missa sollicite digneqꝫ cōsiderans τ debita meditatione plustrās: ad diuini nominis honorem τ gloriam: exaltationē catholice fidei: salutēqꝫ fidelium merito censuit: riteqꝫ prouidit apl'os euāgelistas τ confessores eosdē i vniuersali ecclesia honorificentie potioris impendijs attolēdos vt ab ea tanto ppēsius honorari se sentiant: q̄to ipsas preceteris excellētius illustrarūt. Nos itaqꝫ pijs ducti ɔsilijs: dignisqꝫ studijs excitati nōnullos predecessores nr̄os romanoꝝ pontificū: qui specialis deuotionis prosequentes affectū: aliquoꝝ festa sanctoꝝ sub duplici' ordinauerunt officio celebranda: immitari sollicite intendentes eorūdē apostoloꝝ euangelistaꝝ τ cōfessoꝝ festiuitates p̄cipuas de fratrum nostroruꝫ consilio τ assensu sub officio duplici[i]: per vniuersas orbis eccl'ias uolumus statuimus τ precipimus annis singulis ppetuis futuris temporibus solēniter celebrari.

Rica De imunitate ecclesiaꝝ cimiterioꝝ τ alioꝝ locoꝝ religiosoꝝ.

A Lexander. iiij.

❡ Seculares p̄tātes ab ecclesijs vel ecclesiasticis psonis talias vel exactiones pro reb⁹ vel possessionibus acqsitis vel acqrēdis exigere nō p̄sumāt: nec eos compellere ad ipsas distrahendum vel extra manū suam ponēdū. h. d. Jo. an.

Q Uia nōnulli hābētes tēporale[k] dn̄ium vel ptātis gerētes officiū secularis: libertatem τ immunitatem ecclesiasticā ledere ac minuere tanq̄ honoris τ p̄uilegij ecclesiaꝝ inuidi moliunꝉ: expedit q p diligentiam τ auctoritatē sedis apostolice que curā hꝫ ecclesiaruꝫ

imperator. s. de maio. τ obe. solite.
a ❡ Francie. accidentiā facti exprimit nō localē decre. facit. vñ eaꝫ generaliter psequiꝉ. j. τ. s. de censi. c. i. eo. li.
b ❡ Bonoꝝ. Quid dices si tributariū p̄dium doneꝉ ecclesie: nunquid teneꝉ ecclia ad tributū? Dic ꝙ sic: q: res trāsit cum onere suo. x. q. ij. auꝉ. sicut aūt: τ auꝉ. se. xvi. q. i. si quis laicus de deci. cū ī tua: ad hoc. s. de censi. c. i. ubi de hoc.
c ❡ Exactiones. adhuc puidetur. j. c. clericis.
d ❡ Ponēdū. dꝫ de indeis ꝙ teneꝉ ad decias p̄diales: q: si ipsi n̄ colerent alij colerēt. s. ꝺ deci. de terris. sic dicebāt isti laici: aut extra manum vr̄am ponatis hec predia: aut exactiones soluatis: ut uel a uobis uel ab aliis collectas et talias de ipsis possessionibus habeamus.
e D Ecet domū. Diuide decre. in q̄tuor ptes. In p̄ma ponit ɔstōis cām vsqꝫ ibi: sit itaqꝫ. In scd̄a q̄liter hoīes debeāt se habere in ecclesiis: τ a qbus abstinere vsqꝫ ibi: ordinarii. in tertia ꝙ ordinarii p se uel per alios hoc faciāt obseruari usqꝫ ibi q uero. ɔminatur penā in contra facientes.
f ❡ Sanctitudo. sumptum ex psalmo: dn̄s regnauit decorem.
g ❡ In pace. ex psalmo notus in iudea.
h ❡ Cultus. nā erit cultus iusticie silētium. x. q. iiij. in loco.
i ❡ Pacificus. ē enim rex pacificus: τ uenit pacē docere. xxiii. q. i. c. nisi bella. Jo. an.
k ❡ Instruat. per bonū exēplū. vij. q. i. §. cū vo.
l ❡ Reficiat. per doctrinā. xxxvi. di. si qs vult nā aīa cibo sp̄uali nutriꝉ. s. ꝺ offi. or. Iter cetera.
m ❡ Ibidem. attollant quod est infra.
n ❡ Jesu xp̄i. Jesus hebrayce dꝫ: latine saluator: xp̄s grece: latine dꝫ vnctus: xp̄ani a xp̄o: de sacra vn. c. vno. §. i frōte: τ p̄mo apud anthiochiam fuit nomen illud. xxii. di. c. sacrosancta.
o ❡ A peccatis eoꝝ. neminē. n. vult perire de bap. maiores. §. caute.
p ❡ Cordis. ad cor enī respicit deus. xiii. q. v. si quid inuenisti.

oīum τ tutelā ɔtra taliuꝫ ausus: τ conamina oportunū remediū apponaꝉ ut eccl'ie ipse in plenitudine iuris sui τ libtatis ītegritate letenꝉ ac detestabilis malignorum audacia: τ insolentiū nepharia temeritas ppulseꝉ. Sane intelleximus ꝙ in regno francie[a] cōie scabini seu consules τ alij domini tpales: τ hi q iurisditionē in ipsis cōmunijs ciuitatib⁹ castris τ uillis tpaleꝫ exercent: uel qbus in illis cōmissa ē executio iusticie secularis molesti sunt nimium ecclesijs sup pluribus τ infesti: τ inter cetera nitūtur τ student vt illis collectas τ talias τ alia huiusmodi eedē ecclesie pretextu bonoꝝ[b] que acquisiuerūt tribuāt τ psoluāt: vel extra manū suaꝫ ponāt hmōi acquisita. Uolentes itaqꝫ sup his oībus put expedit sollicite prouidere: totqꝫ temerarijs ausibus ɔgruis presidijs obuiare: auctoritate ap. p̄habita cūꝫ ff̄rib⁹ nr̄is diligenti deliberatione decernim⁹ non licere prefatis cōijs scabinis τ his q in eis iurisditionē tpalem obtinent uel iusticiam secularē exercēt talias uel collectas seu exactiones[c] q̄scūqꝫ ecclesijs uel personis eccl'iasticis iponere vel exigere ab eisdē p domibus p̄dijs: vel quibuscunqꝫ possessionibus ab eisdeꝫ eccl'iis vel psonis ecclesiasticis legitie hactenus acqsitis: uel in posterū acqrēdis: ēt si ipse ecclesie vl' psone vel res hmōi sint infra illoruꝫ districtū uel territoriuꝫ ɔstitute. Nec ēt liceat illis ipsas ecclesias: vel psonas ad distrahēdū uel alienanduꝫ aut extra manū suam ponendū[d] acquisita iam uel que deinceps acqrent: aliquatenus coartare.

G Re. x. in generali cōcilio lugdu.

❡ In ecclesiis dato humili ingressu dꝫ orationibus insisti: exclusis clamorib⁹ τ seditiōib⁹ ɔsilijs uniuersitatis laicoꝝ τ eoꝝ publicis parlamentis: uanis colloquijs negociationibus τ nūdinis ac iudicijs secularib⁹ τ maxime criminalib⁹. h. d. vsqꝫ ad. §. ordinarij. Do.

D Ecet[e] domū dn̄i sāctitudo[f]: decet ut cuius in pace[g] factus est locus eius cultus[h] sit cuꝫ debita ueneratione pacificus.[i] Sit itaqꝫ ad ecclesias humilis τ deuotus ingressus sit in eis quieta conuersatio deo grata: inspicientibus placida: que ɔsiderantes nō solum instruatꝉ[k]: sed τ reficiatꝉ[l]. Conuenientes ibidem[m] nomē illud: quod est super omne nomen: a quo aliud sub celo non est datuꝫ hominibus in quo saluos fieri credentes oporteat: nomen uidelicet Jesu[n] christi qui saluum faciet populum suum a peccatis[o] eoruꝫ: exhibitione reuerentie specialis attollant: τ quod generaliter scribitur: ut in nomine Jesu omne genu flectatur: singuli singulariter in seipsis implētes p̄cipue dū agunꝉ missarum sacra ministeria: gloriosum illud nomen q̄ncūqꝫ recoliꝉ: flectāt genua cordis[p] sui: qd uel[q] capitis[r] inclinatione testenꝉ: attendāt in locis eisdem intentis[s] p̄cordijs sacra solēnia d'uotis oronibus isistaꝉ: nullus in locis eisdē in quibus cum pace ac quieta nota ɔuenit celebrari seditionē excitet: ɔclamationem moueat: ipetūue cōmittat. ❡ Cessent in locis illis uniuersitatum τ societatum quarūlibet ɔsilia: cōtiones: publica parlamenta[t]. ❡ Cessent vana τ multo fortius feda τ pphana colloquia. ❡ Cessent confabulatiōes quelibet: sint postermo que cunqꝫ alia que diuinuꝫ possunt turbare[u] offm̄: aut oculos diuine maiestatis offendere ab ipsis prorsus extranea: ne vbi peccatoꝝ est venia postulandum: ibi peccandi detur occasio: aut deprehēdantur peccata cōmitti[x]. ❡ Cessent in ecclesijs earūqꝫ cimiterijs[y] negociationes[z]: τ precipue nundinarum: ac fori cuiuscunqꝫ tumultus: omnis i eis secularium[τ] iudiciorum strepitus conquiescat: nulla inibi causa per laicos criminalis maxime agiteꝉ: sint loca eadem a laicorum cognitionibus aliena. ❡ Ordinarij[ɔ] locorum hoc faciant obseruari: suadenda[ɽ] suadeant interdicta huius canonis auctoritate compescant[a]: ad hoc alios etiaꝫ in ecclesijs ipsis magis assiduos τ ad premissa idoneos deputando: τ nihilominus processus[b] iudicum secularium ac specialiter prolate sententie in eisdem locis omni careant robore firmitatis. ❡ Qui vero premissas inhibitiones animo petulanti contempserint: preter processum ordinariorum τ deputandorum[c] ab ipsis diuine vltionis τ nostre potestatis acrimoniam[d] formidare: donec suum confessi reatum a similibus firmato proposito deliberauerint abstinere[e].

B Onifacius octauus.

❡ In prima parte ponit excessus laicoꝝ: qui clericis collectas talias τ onera imponebāt: τ excessus clericoꝝ: qui talibus consentiebant. Secundo ibi: nos igitur: precipit personas ecclesiasticas pro rebus suis vel ecclesiarum nil laicis soluere debere absqꝫ licentia apo. sedis sub quocūqꝫ colore mutui subuentionis doni uel alio quolibet: vt etiam ipsi laici talia non exigāt vel recipiant: nec occupent quocūqꝫ modo deposita ecclesiarum uꝉ personarum eccl'iasticarum: singulares cōtrafacientes excōicat: uniuersitates interdicit. que pene locū hēant in pmissionibus factis ēt aīs hāc ɔstitutionē si postmodum soluanꝉ uel recipiantur τ ab his sniis

q ❡ Uel. i. saltem.
r ❡ Capitis. l. di. in capite.
s ❡ Intentis. ut nil aliud cogitet ꝙ preceꝉ. ad qd sacerdos populum excitat sursum corda dicendo. de cōse. di. i. quando.
t ❡ Parlamenta. no. contra vniuersitates italie: que frequēter faciunt in ecclesiis talia parlamenta.
u ❡ Turbare. ad hoc. s. de se. ex. veniēs. in auꝉ. de san. epis. §. si quis tam sacra. col. ix.
x ❡ Cōmitti. nō enim dn̄t ibi misceri scelerib⁹ ubi de peccatis est venia postulanda: in auꝉ. col. viii. ut lice. ma. τ auie. §. q: uero ita τ. s. eo. ti. īmunitateꝫ. ad idē de accu. qualiter. et. c. vnde vi meminerint.
y ❡ Cimiteriis. s. cuꝫ ecclesia.
z ❡ Negociationes. nam dn̄s negociatores eiecit de tēplo: et mēsas nūmulariorum euertit. i. q. iii. ex multis. lxxxviii. di. eiiciens. palea est: τ ē rō: q: talia difficile fiunt sine peccato: ut eadē di. qm̄ nō cognoui τ ꝺ pe. di. v. qualitas.
τ ❡ Seculariū. idem. s. e. c. i. Eccl'iastica do iudicia ibi tractari possunt. ii. q. ii. c. ult. τ. s. de ap. qua fronte. Jo. an.
ɔ ❡ Ordinarii. ❡ Locoꝝ ordinarii exequi debent hic cōtenta: τ snīe in ecclesiis habite sunt nulle: τ cōtrafacientes puniri debent. h. d. do.
ɽ ❡ Suadenda. q. s. dicta sunt usqꝫ ad uer. nullus.
a ❡ Cōpescāt. p censurā eccl'iasticā uel aliā arbitrariā penaꝫ. s. de offi. dele. de cāis. Jo.
b ❡ Processus. qd de ɔctibus initis in ecclesia nūquid valebūt? dic ꝙ nō dn̄t fieri: τ qui faciunt peccāt per hāc decr. tñ cōtractus tenet. nam cum tm̄ processus τ sententias iudicum irritet: τ penalis sit cōstitutio: penam non extendam. j. de reg. iur. in penis cum suis concor.
c ❡ Deputandorum. i. illoruꝫ quos debꝫ ordinarius deputare assiduos: τ ad ista idoneos.
d ❡ Acrimoniam. i. acrem penam τ dicitur quasi acris monitio. uel. i. penam excōicationis quasi a gremio ecclesie expellentem.
e ❡ Abstinere. hec est uera penitentia de pe. di. iii. c. i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clericis. ¶ Bñdictus in sua extrauagāti que incipit Quod olim restrinxit hāc decre. ad exigentes tm̄: sed clemēs reuocauit decretalē cū suis declarationib⁹: ita q̄ uoluit haberi p non facta p suā extrauagantē que incipiebat pastoralis: ꝛ hodie est in cle. eo. ti. q̄ incipit qm̄: ꝛ uide que ibi not. in prima glo. do.

a ¶ Oppido. i. valde.

b ¶ Antiquitas. ii. q vii. laicos. ꝛ. c. laici: ꝛ ātiquitati credulitas ꝛ reuerentia debet. xi. di. catholica: ꝛ. c. ecclesiasticarum. s. de transla. quāto.

c ¶ Temporum. s. de censi. felicis: ꝛ de elec. fundamenta.

d ¶ Cōtēti. ꝛ male. xiii. q. i. c. i. de sepul. c. i. j. de priui. c. i.

e ¶ Potestas. xcvi. distin. bene quidem. de ꝯsti. ecclesia sancte marie.

f ¶ Ditioni. ut peioris conditionis sit sacerdotum quā fuerit sub pharaone. s. e. non minus.

g ¶ Nō est. de rescrip. cum contingat: de symo. ꝛ si qōnes. C. de fide instru. l. vlti. ad fi. Jo.

h ¶ Pacem. huius seculi.

i ¶ Eternam. ꝛ male cū poti⁹ ꝯtrium facere debeant. s. de heret. vergentis: cū suis ꝯcor. faciāt plati ecclesiarū q̄ sint imitatores nabuthe q vineam suā cruore defendit. iii. regum. xxi. c. ꝛ. xxiii. q. viii. ꝯuenior: ꝛ imitentur Ambrosium idem dicentē. Si vultis corpus occidere occurā: vultis in vincula rapere: vultis in morte: voluntas est mihi p altaribus gratis īmalabor: psecutionē tn̄ fugere poterit seruata distinctione quam habes. vii. q. i. §. hoc tūc: ꝛ recitari solet de renun. nisi. §. propter maliciam.

k ¶ Colore. qui nō excusat. s. eo. lib. de elec. auaricie. xiiii. q. iii. pleriq̄. de simo. in tantū.

l ¶ Sedis eiusdem. Nunquid correcta est decre. s. eo. nō minus: q̄ pmittebat epo ꝛ clero inspicienti necessitates vel vtilitates laicoꝝ eis sponte subsidiū cōferre: dic q̄ decre. illa moderationem ꝛ determinationē receperat p decre. e. ti. aduersus ubi statutū fuit q̄ illo casu id facere nō possent preter licentiam apo. se. non ergo corrigit istam sed penam adiicit.

m ¶ Nomine. sic. s. eo. lib. de elec. fundamenta.

n ¶ Interdicto. in vniuersitatem non fertur sn̄ia excōicationis ut. j. de sen. excom. romana. §. in vniuersitatem.

solus papa absoluit: preterquam in mortis articulo. tertio in versi. nō obstātibus oīa p̄uilegia derogātia huic ꝯstōni cassat ꝛ irritat.

Clericis laicos infestos oppido[a] tradit ātiquitas[b] quod ꝛ pn̄tium experimenta tēporum[c] manifeste declarant: dū suis finibus n̄ ꝯtēti[d] nitunt in uetitū ad illicita frena relaxāt: nec prudēter attendunt q̄ sit eis in clericos ecclesiasticas ue personas ꝛ bona iterdicta ptās[e] ecclesiaꝝ p̄latis ecclesijs ecclesiasticisq̄ psonis regularibus ꝛ secularibus imponunt onera grauia: ipsosq̄ taliant ꝛ eis collectas imponunt: ab ip̄is suoꝝ ꝓuentuū uel bonoꝝ dimidiā decimam seu vicesimā uel quāuis aliā portionem aut quotam exigunt ꝛ extorquēt: eosq̄ moliuntur multifarie subijcere seruituti: sueq̄ submittere ditioni[f]: ꝛ qd̄ dolenter referimus: nonnulli ecclesiarū p̄lati ecclīasticeq̄ psone trepidantes: vbi trepidādum nō[g] est trāsitoriam pacē[h] querētes plus timentes maiestatem tpalē offendere q̄ eternā[i]: taliū abusibus non tā temerarie q̄ improuide acquiescunt se. ap. auctoritate seu licentia non obtenta. ¶ Nos igit talibus iniqs actibus obuiare uolentes de fratrū nostroꝝ ꝯsilio ap. auctoritate statuimus: q̄ qnicunq̄ prelati ecclīasticeq̄ psone religiose uel seculares quorūcunq̄ ordinū ꝯditionis seu status collectas uel talias decimā vicesimā seu centesimā suoꝝ ꝛ ecclesiarum ꝓuentū vl̄ bonoꝝ laicis soluerint uel ꝓmiserint uel se soluturos ꝯsenserint: aut q̄uis aliā quātitatē portionem aut quotā ipsoꝝ ꝓuentuū vel bonoꝝ estimationis uel ualoris ipsorum sub adiutorij mutui subuentionis subsidij uel doni noīe: seu quouis alio titulo modo uel q̄sito colore[k] absq̄ auctoritate sedis[l] eiusdē: nec nō impatores reges seu principes duces comites ul̄ barones ptātes capitanei uel officiales uel rectores quocunq̄ noīe[m] censeantur, ciuitatum castroꝝ seu quorūcunq̄ locorū ꝯstitutorū vbilibet ꝛ quiuis alij cuiuscūq̄ preeminētie conditionis ꝛ status q talia imposuerint exegerint uel receperit: aut apud edes sacras deposita ecclesiaꝝ uel ecclesiasticarū psonarum vbilibet arrestauerint saisiuerint seu ocupare presumpserint: uel arrestari saisiri aut occupari mādauerint: aut occupata saisita seu arrestata receperit nec non omēs qui scienter dederint in predictis auxilium cōsiliū uel fauorem publice uel occulte eoipso sententiam excōmunicatiōis icurrant ¶ Uniuersitates quoq̄ que ī his culpabiles fuerunt ecclesiastico supponimus interdicto[n]. ¶ Prelatis[o] ꝛ psonis ecclesiasticis supradictis in uirtute obedentie ꝛ sub depositionis pena districte mandantes: vt talibus absque expressa licentia dicte sedis nullatenus acquiescant: quodq̄ pretextu cuiuscunq̄ obligationis ꝓmissiōis ꝛ ꝯfessiōis factarū hacten⁹ ul̄ faciendarū in antea p̄usq̄ hmōi ꝯstō probibitio seu p̄ceptū ad noticiā ipsoꝝ peruenerit nihil soluāt: nec sup̄dci seclares quoquo modo recipiāt: ꝛ si soluerint ul̄ p̄dicti receperint in excōicationis sn̄iam incidunt ipso facto ¶ A sup̄dictis āt excōicationū ꝛ interdicti sententijs nullus absolui ualeat p̄terq̄ in mortis articulo[p] absq̄ se. ap. auctoritate ꝛ licentia spāli: cū nostre intentionis existat tam horrendū secularium ptātum abusum nullaten⁹ sub dissimulatione[q] transire: nō obstātibus[r] qbuscūq̄ priuilegijs sub qbuscunq̄ tenoribus formis seu modis aut verborū ꝯceptiōe ꝯcessis impatorib⁹ regibus ꝛ alijs supradictis: q̄ ꝯtra p̄missa in nullo uolumus alicui uel aliquibus suffragari. I. Dem.

¶ Excōicati sunt q impediūt sup causis que ad forū ecclesiasticū de iure uel ꝯsuetudine ptinent litteras ad se. ap. impetrari: uel super ipsis coram ordinarijs vel delegatis ecclesiasticis litigari. Jo. an.

Quoniā vt intelleximus quorūdā iusticiarioꝝ balliuorū iudicūue seculariū ac tpaliū dn̄oꝝ in quibusdā ptibus[s] presumptuosa temeritas sic excreuit: vt in terris eorū siue districtibus lrās apostolicas impetrātes: uel ad iudices ordinarios ecclīasticos recurrentes sup causis negocijs seu qōnib⁹ que rōne psonaꝝ aut rerū de iure aut antiqua ꝯsuetudine[t] ad foꝝ ecclesiasticū[u] ptinent: obtinere nō pn̄t in eis per eosdem ordinarios iudices vel apo. lrās iusticie ꝯplementum: qn potius sup illis recurrere ad iudiciū seculare: vel a lite cā seu qōne desistere ꝯpellunt. ¶ Nos iusticiā nostrā ꝛ ecclesie sponse nostre nolētes neglige: q alios ī sua iusticia cōfouem⁹[x] statuimus districtius ihibēdo ne qs impetratores litteraꝝ nr̄aꝝ: vel alios in foro ecclesiastico delegato seu ordinario litigātes seu litigare volētes: siue ambe ptes hoc voluerit: siue una super causis ecclesiasticis: siue que ad forum ecclīasticū rōe personarum negociorū vel rerū de iure ul̄ de antiqua ꝯsuetudine ptinere noscunt: per se uel p aliū ad desistendū vel in foro seculari de qōnib⁹ hmōi litigandū per eorūdem iudicū ecclīasticorū vel impetrantium aut litigantium seu volentium litigare: aut ꝓpinquoꝝ[y] ipsoꝝ seu rerum illorū aut ecclesiarum suarū etiam captionem: modisue alijs quibuscunq̄ compellat: seu com-

o ¶ Prelatis. hucusq̄ dixit de his qui post cōstitutionem istā ꝓmiserunt: ꝛ soluerunt nūc dicit de his qui ante cōstitutionē uel eius noticiā promiserunt ꝛ post constitutionem soluerunt ꝛ post eius noticiam.

p ¶ Articulo. iste semp excipit: ut. xvii. q. iiii. si quis suadente.

q ¶ Dissimulatiōe. dissimulatio est peccatum mortale in plato. xliii. dis. sit rector: ꝛ. c. ephesiis: ꝛ. xlvii. di. c. vlti. et. s. de offi. ordi. irrefragabili. Jo. an.

r ¶ Non obstantibus. papa ergo pōt tollere ꝛ moderari p̄uilegia per se data: ut. j. de sen. ex. c. ulti. in fi. de p̄uil. ne aliqui: ꝛ sic regula illa decet concessum ꝛc. j. de reg. iur. non h̄z locū in ipso p̄ncipe: ut ibi dixi.

Quoniam. ¶ Primo recitat abusum secularium potestatū. Scd̄o cōtra illum statuit ibi: nos iusticiam. Tertio trāsgressoribus penā imponit ibi: si qs uero. s̄m Jo. mo. Domi.

s ¶ Partib⁹. sicut olim erat in ciuitate pisana. s. de sen. ex. grauem.

t ¶ Consuetudine. que dat iurisditionem. ix. q. iii. conquestus de fo. cōpe. cū contingat: ad idē. s. eo. li. de excep. c. vl.

u ¶ Ecclesiasticum. de secularibus non intromittit se ecclesiasticus iudex: nisi in casibus. s. de fo. compe. licet ex suscepto.

x ¶ Cōfouemus. sic. s. de sup. neg. prela. licet. nam et ordinata charitas a se ipsa īcipit. xxiii. q. v. si nō h̄z: de vsupa lii. nisi specialis.

y ¶ Propinquorum. Nota casum in quo laico iniurians excommunicatus est: sic. s. eo. li. de elec. sciant. j. de sen. excommu. quicunq̄.

a ¶ Satisfactum. q̄ nō sufficit cautio imo debet precedere satisfactio: sicut cū quis excōicatus ē pro manifesta offensa. s. de ver. sig. ex pte. i. ꝛ. c. seq. uel pro manifesta cōtumacia: ut. j. de sen. ex. venerabilibus. §. secus.

b ¶ Absoluatur. tunc demum poterit ab ordinario absolui: ex quo papa sibi non reseruauit. de senten. excommu. nuper.

Nos. ¶ Ponit dictum cuius rōnē interserit ibi: cum talia. do. Contra hos: contra quos hic ꝓuidet arguebat her. de priuil. quanto: in glo. i. in fi. Jo.

c ¶ Subditis. licet solis subditis imperarent tn̄ clericis ꝯpetebat actō de dolo ad suū dānum ꝯsequēdū: que competit quotiensc̄uq̄ aliqd dolo fit: ꝛ alia actio deficit. ff. de dolo. l. i.

d ¶ Libertatis. isti licet quo ad verba non uiderent infringere libertatem: tamen infringebāt quo ad mētem faciendo fraudem de psona ad psonam: de quo dic: vt. xiiii. q. iii. pleriq̄. s. de p̄uile. q̄to. ff. de leg. l. ꝯ. j. de reg. iur. c. vlt. ꝛ ꝯ tales habebas prouisū. s. de sen. ex. grauem.

e ¶ Subiacere. in statutariis potestatibus consulibus ꝛ scriptorib⁹ statutoꝝ que sunt ꝯ libertatem ecclesie dic: ut. s. de sen. ex. nouerint.

Statutum. ¶ Ponit declaratione ueteris iuris. primo dans regulam. Secundo casum exceptum ibi: nisi.

f ¶ Statutū. s. e. super spe.

f ¶ Plebanis. qd̄ intellige. ut dicitur.

g ¶ Leges. nō enī debent velle uideri secularium uel forensiū disceptationum periti. C. de epis. ꝛ cleri. repetita.

h ¶ Physicam. nō dz hoc facere sub specie languentiū curandorū fratrum. s. e. nō magno.

i ¶ Clemētis. quā n̄ habemus s̄z ei⁹ mentē h inserit: ꝛ icipiebat: hīto cū fratribus nr̄is ꝯsilio.

pelli faciat vl̄ ꝓcuret: nec p se alios ue impediat quo minus corā iudicibus ecclesiasticis delegatis seu ordinarijs querelātes de causis q̄ ut p̄missum est ad cognitionē ptinēt eorundem: possint libere iusticiam obtine: nec ad p̄dicta facienda det auxiliū consiliū uel fauorē. ¶ Si quis uero ꝯtra p̄sumpserit: excōicationi se ipso facto nouerit subiacere: a qua nisi tam iudici cuius cognitio fuerit impedita uel iurisditio vsurpata: quā parti que turbata in ꝓsecutione fuerit sui iuris: de iniuria dānis expēsis ꝛ interesse p̄us p eūdē integre fuerit satisfactū[a] nullatenus absoluat[b]. I. Ex.

¶ Dn̄i tpales ꝓhibentes subditis ne cū psonis ecclesiasticis ꝯtrahāt ul̄ cōia obsequia exhibeant ipso facto excōmunicationē incurrunt hoc dicit. Do.

Nos qui tpale dn̄ium obtinētes suis subditis[c] ne prelatis aut clericis seu personis ecclīasticis qcq̄ vēdāt aut emāt aliqd ab eisdē: neq̄ ipsis bladū molāt: coquāt panē aut alia obsequia exhibere p̄sumāt aliqn̄ interdicūt: ¶ Cū talia in derogationē libertatis[d] ecclesiastice p̄sumātur: eo ip̄o excōicatōis sn̄ie decernimus subiacere[e].

Rubrica. Ne clerici uel monachi secularibus negocijs se imisceant.

Bonifacius octauus.

¶ Capl̄m sup specula ꝓhibēs audientiā legis uel physice nō includit parochiles ecclīas hn̄tes vbi sunt plebanie habētes sub se capellas in qbus clerici perpetuo instituantur. hoc dicit: Do.

Statutum[f] felicis recordatōis honorij pape. iij. predecessoris nostri: qd̄ decanis archidiaconis prepositis plebanis[f] cantoribus ꝛ alijs clericis hn̄tibus psonatus audire leges[g] uel physicā[h] interdicit: ad eos qui parochiales ecclesias obtinere noscuntur: pie memorie clemētis[i] pape. iiij. p̄decessoris nostri uestigijs inherentes: declaramus[k] pn̄tis ꝯstitutionis oraculo ratione[l] ecclesiaꝝ hmōi non extendi: ¶ Nisi eedē ecclīe fuerit plebanie sub se capellas[m] hn̄tes in quibus instituātur clerici ppetui[n] nequeūtes ab ipsis[o] absq̄ cā rationabili[p] amoueri. I. Dem.

¶ Excōicat⁹ est ip̄o fcō religiosus ꝓfessus hitū temerarie dimittens uel ad quecūq̄ studia accedēs: nō obtēta licentia p̄lati ꝛ conuentus. Doctores scienter docētes uel in scholis retinētes ad legē uel physicā tales religiosos simplicit excōicationē incurrūt. Do.

Ut periculosa religiosis euagādi materia subtrahaf: districtius inhibemus: ne decetero aliquis quācunq̄[q] religionē tacite vel expresse[r] ꝓfessus[s] in scholis ul̄ alibi temere[t] habitū religionis sue dimittat: nec accedat ad q̄uis studia lrarum: nisi a suo prelato cum cōsilio sui ꝯuētus[u] uel maioris partis eiusdē: sibi eundi ad studia licētia[x] primitus sit ꝯcessa. ¶ Si quis aūt hoꝝ[y] temerarius violator extiterit: exōicationis incurrat sn̄iam ipso facto[z]. ¶ Doctores quoq̄ siue magistri qui religiosos habitu suo dimisso[ꝛ] legē vel physicam audiētes: scienter[?] docere: aut ī scholis suis presumpserint retinere[x]: simili[a] eo ip̄o sint sentētia innodati. I. Dem.

¶ Clericus in loco tpali iurisditionis sue sup delicto ibi cōmisso delegans ut ueritate ingsita iusticiam

k ¶ Declaramus. no. approbatā opi. gof. q h dicebat in sūma huius ti. in fi. ꝛ ꝯcor. pe. de sam. ꝛ abbas: ꝛ est rō q: ꝯstō illa penalis erat: ꝛ iō restringenda. j. de reg. iur. in penis: cum suis concor. non ob. s. de elec. dudum. ii. ubi dicitur q̄ idem iudicium ꝛc. q: illud habet locum in casu ipsius decre. s. quo ad pluralitatem. Item quo ad ordines: vides enim q̄ archidiaconus non cogitur: nisi quo ad diaconatum: de elec. cum in cunctis: ergo nec habens curam animarum: sed hoc est falsum: ut. s. e. li. de elec. licet canon. Reprobata est aūt opi. Ber. Inno. s̄m quosdā libros: ꝛ Hostien. qui dicebant contrarium propter dictam decre. dudum. Item ex eo q̄ quis habet curā sacerdos fieri debet: sed sacerdotes prohibentur per ipsam decre. honorii: ergo ꝛ curam habentes. Item ex eo q̄ constitutio fauorabilis erat ꝛ sic amplianda. j. de reg. iur. odia. Item ex eo q̄ predicare tenetur ꝛ sic debet esse sacerdos. xvi. q. i. adiicimus. sed presbyteri ex ordine nō ex cura comprehenduntur constitutione honorii: ꝛ interdum de necessitate non habent fieri sacerdotes rectores parochialium ecclesiarum: ut. s. de elec. statutum: uel pone q̄ annus non est elapsus: uel pone secum dispensatum per decre. s. de elec. cum ex eo.

l ¶ Ratione. q. d. si haberent dispensatiue uel alio modo personatum cum illis ecclesiis bene tenentur constitutione: uel si essent presbyteri tenētur: non ratione ecclesie sed ordinis: ut. s. dixi.

m ¶ Capellas. Quid si vnicam habet capellam: si arguamus a verbis saltem due debent esse: ad hoc. infra de regu. iur. pluralis: cum suis cōcordan. ad hoc de deci. ad audientiam: tutius videtur contrarium tenere: ad hoc. ff. vi bono. rapto. l. ait pretor. §. homines: insti. eo. titu. in principio. ad idem. s. eo. lib. de elec. c. penul. i. respon. s. de priuile. ut priuilegia: ibi apperiantur ecclesie. i. ecclesia. i. di. omnes leges cū suis concor. ꝛ. ii. q. i. in primis nec ob. ar. a verbis: q: nō dicit: hoc nisi fuerit plebania habens capellas: sed dicitur in plurali plebanie habentes capellas ꝛ pluralitatē capellarum ad pluralitatē plebaniarum referam: argu. predic. decre. ut priuilegia.

n ¶ Perpetui. s. d capel. mona. c. vno.

o ¶ Ab ipsis. s. plebaniis uel capellis ꝛ melius.

p ¶ Absq̄ causa rationabili. de capel. mo. c. uno: ubi de h.

Ut periculosa. ¶ Primo causa p̄missa ponit duplicē inhibitionē. Secundo penam ingressoꝝ ibi: si quis. Tertio ibi: Doctores illam declarat in doctorib⁹ locum habere. Do. Tracta fuit de extrauaganti grauis: ꝛ dolore non vacua.

q ¶ Quācūq̄. dū tn̄ approbatam. s. de vo. c. vno. eo. li.

r ¶ Uel expresse. s. co. li. de regula. c. i. ꝛ. iii. ꝛ in casu isto inter expressā ꝓfessionē ꝛ tacitā nō est dr̄ia: sicut alibi est. s. de elec. nullus: ꝛ. c. indēnitatib⁹.

s ¶ Professus. nā ꝓfessus nō potest redire ad seculum: quod dic: ut. s. de reg. iur. consulti.

t ¶ Temere. ex cā enī s̄z habitū trāsformare: si iusta sit puta timor. s. d vi. ꝛ ho. cle. clerici.

u ¶ Conuentus. alibi dat prelatus licentiā sine requisitione cōuentus. s. eo. li. de ele. si religiosus. ii. rn̄. sed illud fauore ecclesiaꝝ vacātium. ad idē. s. de testa. c. vlt. ꝛ illud fauore vltimarū voluntatū: ꝛ q: piū executionis testōrum onus.

x ¶ Licentia. ꝛ tūc pōt oīa sine qbus in studio cōmode esse nō posset: qd̄ dic: ut not. ii. q. vii. cū pastoralis de accu. ex pte.

y ¶ Horū. s. q̄ apostatat dimittendo habitū: uel q: vadit ad studium sine licentia.

z ¶ Ipso facto. spāle in religioso apostata: q: al's apostata n̄ est excōicatus s̄z excōicādus: h̄z q̄ no. Jo. ꝛ her. xxiii. di. si quis ex clericis: de vi. ꝛ ho. cle. si qs ex clericis: de apo. c. iii.

ꝛ ¶ Dimisso. quid si non dimiserit habitum? videtur q̄ tunc doctores non sint excommunicati: q: hec pena non est amplianda. j. de reg. iur. in penis: dic contra: quia cōicant in crimine: ꝛ sic eadem ꝛ non minori excōicatione ligantur: de sen. excom. nuper ꝛ. c. si concubine: ꝛ in hoc poterit dici hoc potius venire ad declarationē iuris veteris q̄ nouum casum ponere.

? ¶ Scienter. vbi incederet in habitu: nō haberet locū ignorantia: sed vbi dimiserant habitum: probabiliter poterant ignorare.

x ¶ Retinere. no. officium doctoris scholarem de scholis expellere: ꝛ per id qd̄ dicitur retinere: dicas q̄ licet doctor sciat monachum habentem domum iuxta scholas doctoris in domo propria audire: excommunicatus non est: iam enim inhibere non posset quin stet in domo propria: ꝛ facit quod dixi. j. de regu. iu. locupletari. Quid si monachus non vult exire scholas: videtur per hanc litteram q̄ licite vi possit expelli: ad hoc de sen. ex. veniens: ꝛ hoc maxime si vera eēt opinio q̄ excōicatus nō gauderet priuilegio canonis: quod nō est verum s̄m Jo. Ber. ꝛ Hostien. qui de hoc no. xvii. q. iiii. si quis deinceps: de sen. excom. cōtingit. i. Quid si non potest expelli: exeat scholas doctor ad instar eius: quod diximus cum excommunicatus intrat ecclesiam: ut no. xi. q. iii. sicut apostoli: ꝛ per modernos. s. de senten. excom. nuper.

a ¶ Simili. quia communicant in crimine: vt dixi: ꝛ quia conditor sibi non reseruauit absolutionem aliis indulsisse videtur. s. de sentē. excommu. nuper. ꝛ facit quod no. s. eo. super specula.

Universidad de Deusto Biblioteca

Episcopus. ¶ Ponit dictū cuius cām reddens soluit obstaculū ibi: nā lꝫ. Do. Emanauit ad declaratiōnē eoꝝ que no. ber. Inno. & moder. s. eo. clericis: ubi videbatur glo. & hosti. sentire ꝙ generalē vicariū uel balliuum possit dare ad talia sed nō spālem. Sed ex uerbis ipsoꝝ olim tenebāt ꝯtriuꝫ naꝫ dicūt ꝙ si appellet in tali cā dꝫ appellari ad ipsum ꝑlatū: & ipse alii delegabit: ergo ēt ꝑm eos spāliter poterat delegare. Quid iuris ꝗ de prelatis tpalē iurisditionē hn̄tib⁹ hēs h: & quō eā cōmittere possint. Quid iuris de clericis iniuriam passis: & quō de ipsa cōqueri possunt habes. j. de homi. prelatis.

a ¶ Hoc. maleficio: ꝗ & specialiter cōmittit: dicit hosti. s. eo. clerici: ꝙ sibi placerꝫ: ꝙ aut daretur clericis lr̄a tales causas iudicādi ꝑ seipsos: aut talium causaꝝ ꝑtās ipsis clericis tolleret: cū cōmissio sit ꝯ ius. ff. d offi. eius cui mā. est iu. l. i.

b ¶ Iusticia mediante. Quid si ꝯ iusticiā: dic idem: nam eps qui mandauit iusticiā fieri non est in culpa si iusticiarius delinquat: & absit ꝙ ea que ꝑꝑ licitum & bonū &c. xxiii. q. v. de occidendis. nō ob. j. de homi. is qui mandat: qꝛ ibi culpa ꝑcessit & casus qui culpaꝫ sequitur bene imputat: d hoc plene de homi. sicut dignum: hic nulla culpa precessit.

c ¶ Liceat. s. eo. clericis. & c. sententiam.

d ¶ Possunt. ergo pōt quis ꝑ aliū ꝙ n̄ ꝑ se: de hoc dixi. j. de reg. iur. pōt quis. Io. an.

De sponsalibus ¶ Sunt due partes. Prima tractat de spōsalib⁹ puris. Primo i genere. Scdo in specie ibi quare. scda tractat de cōditionib⁹ ibi: ille uero. Do. Emanauit ad dclarationeꝫ eoꝝ que nota. xxvii. q. ii. si qs desponsauerit. ii. s. eo. ti. ad audientiam.

e ¶ Puris. cōditionalia non inducūt publice honestatis iusticiam: ut dicitur in fi.

f ¶ Certis. ut si ꝓmisit ducere bertā filiā ticii: incerta sunt qn̄ ꝓmisit ducere vnā ex filiabus ticii: ad h. s. eo. c. ex lr̄is. ii.

exequat irregularis non efficit licꝫ penā sanguinis inferat. h. d. Do.

Episcopus seu quicūqꝫ alius prelatus uel clericus iurisditionem obtinens tpalem: si homicidio aut alio maleficio ab aliquibus in iurisditione sua commisso balliuo suo aut alij cuicunqꝫ iniungat: vt sup hoc[a] veritateꝫ ingrens iusticie debituꝫ exequatur: irregularis cēseri non debet: quamuis ipse balliuus vel alius ꝯtra malefactores ad penam sanguinis ꝓcesserit iusticia[b] mediante. Nam licet clericis causas sanguinis agitare nō liceat[c]: eas tamen cuꝫ iurisditioneꝫ obtinent tpalem debēt & possunt[d] metu irregularitatis cessante alijs delegare.

¶ Incipit liber quartus.

Rica De sponsalibus & mr̄imonijs

Bonifacius octauus.

¶ Spōsalia pura & certa ex ꝯsensu valida lꝫ als nullā inducant publicam honestatē q hꝫ dirimere sequētia sponsalia: sed nō ꝑcedētia: quā publicam honestatē non inducunt sponsalia conditionalia ante euentum. h. d. Io. an.

